occasionem, quod tempus, quem insidiis instruendis locum? fri-
gere ac torpere senis consilia. sed Camillo cum vitae satis tum 7
gloriae esse; quid attinere cum mortali corpore uno civitatis,
quam inmortalem esse deceat, pati consenescere vires? His ser- 8
monibus tota in se averterat castra, et cum omnibus locis posce-
retur pugna, „sustinere“ inquit, „M. Furi, non possumus impe-
tum militum, et hostis, cuius animos cunctando auximus, iam
minime toleranda superbia insultat; cede unus omnibus et pate-
re te vinci consilio, ut maturius bello vincas.“ ad ea Camillus, 9
quae bella suo unius auspicio gesta ad eam diem essent, negare

sogleich in einen Kampf einliess, dessen Ausgang nur vom Zufall abgehangen haben würde, s. 22, 27, 8. — *ratione*, Berechnung, Strategem; wie 21, 1, 2 *artes belli* den *vires*, der materiellen Macht, gegenübersteht.

3—5. *multitudinis*, wie sonst *vulgus*, die gemeinen Soldaten. - *ex incertiss.*, 1, 40, 2; 22, 3, 14. — *insuper*, 4, 58, 11. — *per se iam*, obgleich zu dem Particip. gehörig, ist durch das dazwischen gestellte Substant. von demselben getrennt u. dadurch hervorgehoben, vgl. 9, 45, 11; 10, 21, 9; 1, 4, 4; ib. 15, 7; 4, 30, 8: *siti pecorum morientium* u. a. — *aetate*, von Seiten des Alters, seiner Jugend und des Greisenalters des Camillus. Ueber *elevando* 3, 21, 4. — *rapere* = *raptim agere, capere*, 30, 14, 2; Tac. H. 4, 33: *rapiunt in transitu hiberna.* — *sit solit.*, bis jetzt immer; man könnte *fuerit solit.* erwarten. — *quid sper.*, s. 21, 30, 6: *quid credentes*, ähnlich der Verbindung *quid ut*, 4, 49, 15. Von *sperantem* hängt auch *tempus - locum* ab. — *access. - decess.*, 27, 13, 6.

6—8. *frigere c. t.*, Gegensatz zu c. 22, 7: *vegetum* etc.: hätten alles Feuer und Leben verloren. — *consilia*, häufige Vertauschung des Subjectes: *senem in consiliis capiendis.* — *sed Cam.* etc., ein untergeordneter Gedanke ist um ihn zu heben in einem Hauptsatze ausgedrückt: bei Cam. sei das natürlich, aber, wenn auch er —, so dürfe doch nicht u. s. w. — *quid att.*, welchen Zweck habe es, warum solle, s. 2, 41, 6; 37, 15, 2 u. a. — *inmort.*, 28, 28, 11; Einl. S. 15. — *avert.*, s. c. 9, 9.

9—11. *negare neq.—neq.*, 1, 36, 3; über *aut—aut* 22, 2, 6 u. a. —

in eis neque se neque populum Romanum aut consilii sui aut fortunae paenituisse; nunc scire se collegam habere iure impe-
10 rioque parem, vigore aetatis praestantem: itaque se quod ad exercitum attineat regere consuesse, non regi, collegae imperium se non posse inpedire. diis bene iuvantibus ageret, quod e re
11 publica duceret; aetati suae se veniam etiam petere, ne in prima acie esset; quae senis munia in bello sint, iis se non defuturum. id a diis inmortalibus precari, ne qui casus suum consilium lau-
12 dabile efficiat. nec ab hominibus salutaris sententia nec a diis tam piae preces auditae sunt. primam aciem auctor pugnae instruit, subsidia Camillus firmat, validamque stationem pro castris opponit; ipse edito loco spectator intentus in eventu alieni consilii constitit.

24 Simul primo concursu concrepuere arma, hostis dolo, non
2 metu pedem rettulit. lenis ab tergo clivus erat inter aciem et castra; et, quod multitudo suppeditabat, aliquot validas cohortes in castris armatas instructasque reliquerant, quae inter commissum iam certamen, ubi vallo adpropinquasset hostis, erumperent.
3 Romanus cedentem hostem effuse sequendo in locum iniquum pertractus opportunus huic eruptioni fuit. versus itaque in victorem terror et novo hoste et supina valle Romanam inclinavit

paenituisse, habe keine Ursache gehabt unzufrieden zu sein besonders in Bezug auf *fortunae*, in Bezug auf *se — sui consilii*: zu bereuen. — *nunc*, s. 3, 40, 10. — *parem*, vgl. Lange 1, 484. — *itaque se* etc., dieselbe Form wie § 7: er wolle daher, weil er nicht gewohnt sei. — *inped.*, s. dagegen 3, 70, 1. — *aetati*, für sich als Greis, s. 3, 12, 8. — *etiam*, wofür *eam*, s. praef. 7, verm. wird, ist zu *veniam* zu nehmen; *ne* etc. Object zu *veniam petere*, s. 8, 9, 7: *veniam peto . . . ut prosperetis*: er wolle nicht nur nicht hindern, sondern bitte, seinem Collegen die ganze Leitung der Schlacht überlassend, sogar um die Erlaubniss u. s. w., vgl. 1, 28, 2: *novitate etiam*; 3, 7, 4: *pudore etiam* u. a. Die älteren Soldaten (*aetati* im Gegensatze zu *iuvenibus*), die *triarii*, bilden das letzte Treffen, *subsidia*, § 12, vgl. 8, 8, 11.

12. *firmat*, er stellt eine starke Nachhut auf, 2, 31, 2. — *in eventu*, Camillus war nur gespannter Beobachter bei der Entscheidung, da es sich um einen Plan handelte, den er nicht gebilligt hatte, aber entschlossen sogleich einzuschreiten, wenn es nöthig sein würde; *intentus* ist absolut gebraucht. *in eventum* würde nur heissen: gespannt auf den Erfolg.

24. 1—3. *concrep.*, vgl. 1, 25, 4: *increpuere*. — *lenis* 2, 50, 10: *in editum leniter clivum*. — *ab tergo* n. *hostium*. — *reliquer.* bei *hostis*, s. 2, 14, 8. — *cohortes*, 3, 69, 8. — *armat. instr.*, unter den Waffen aufgestellt. — *iniquum*, den § 2 bezeichneten Hügel. — *opport.*, gab dazu eine Blösse, passende Gelegenheit, s. 4, 13, 6. — *novo h.*, bei dem neuen Feinde, als er erschien, ist statt als Subject als Umstand bezeichnet: *novus hostis terrorem in-*

aciem. instant Volsci recentes, qui e castris impetum fecerant; 4
integrant et illi pugnam, qui simulata cesserant fuga. iam non
recipiebat se Romanus miles, sed inmemor recentis ferociae vete-
risque decoris terga passim dabat atque effuso cursu castra re-
petebat, cum Camillus subiectus ab circumstantibus in equum 5
et raptim subsidiis oppositis: „haec est“ inquit, „milites, pugna
quam poposcistis? quis homo, quis deus est, quem accusare
possitis? vestra illa temeritas, vestra ignavia haec est. secuti 6
alium ducem sequimini nunc Camillum et, quod ductu meo so-
letis, vincite. quid vallum et castra spectatis? neminem vestrum
illa nisi victorem receptura sunt.“ pudor primo tenuit effusos; 7
inde, ut circumagi signa obvertique aciem viderunt in hostem,
et dux, praeterquam [quod] tot insignis triumphis, etiam aetate
venerabilis, inter prima signa, ubi plurimus labor periculumque
erat, se offerebat, increpare singuli se quisque et alios, et adhor-
tatio in vicem totam alacri clamore pervasit aciem. neque alter 8
tribunus rei defuit, sed missus a collega restituente peditum aciem
ad equites, non castigando, ad quam rem leviorem auctorem eum
culpae societas fecerat, sed ab imperio totus ad preces versus
orare singulos universosque, ut se reum fortunae eius diei crimine
eximerent: „abnuente ac prohibente collega temeritati me omnium 9

tulit; in gleicher Form konnte *supina v.*, 7, 24, 5, sich anschliessen: *et cum esset* etc.

4—5. *qui simulata* etc., 1, 14, 9. — *non recip.*, der geordnete Rückzug, welcher durch *inclinavit aciem* angedeutet ist, im Gegensatze zu der vollen Flucht: *effuso — repetebat.* — *veterisque*, die Siege in den früheren Kriegen mit den Volskern. — *subiectus*, von unten aufwärts, hinaufgehoben, wie in *surgere, sursum* = *subversum*; 31, 37, 10: *eques—pavidum regem in equum subiecit.* — *subsid.*, wie c. 23, 11 f. — *oppositis*, den fliehenden Römern, § 6: *neminem—receptura sunt*; vgl. 10, 36, 6. — *temeritas* n. *erat*, wegen *illa*, vgl. 24, 4, 2.

7. *circumagi s.*, die Fahnen und die unter denselben stehenden Truppen umwenden, 10, 36, 9, vgl. 22, 29 f.; Curt. 4, 50, 32: *in frontem circumagi.* — *obverti*, s. c. 7, 3 u. a., vor L. in Prosa wenig gebraucht. — *quod*, ist wahrscheinlich mit Duker zu entfernen, da *erat* nicht wohl ergänzt werden kann, *praeterquam quod* aber sonst nicht wie das einfache *praeterquam*, s. 4, 17, 6; ib. 48, 3; 22, 53, 5; 30, 6, 4 u. a. ohne Verbum gebraucht wird; *insignis* sowol als *venerabilis* würden dann Attribute von *dux* sein, durch welche *offerebat* erst bedeutend wird. — *in vicem*, attributiv; 3, 71, 2; 41, 3, 3: *caede invicem militum nautarumque*; vgl. 7, 8, 3: *inter se.*

8—9. *castigando* lässt ein anderes Prädicat als *orare* erwarten, welches (etwa *incitare*, *impellere*) entweder zu ergänzen, oder ein Anacoluth anzunehmen ist, vgl. 3, 12, 8; 8, 11, 6; 40, 54, 8. — *totus v.*, 25, 16, 19. — *leviorem*, 5, 15, 12. — *fortunae e. d.*, der unglückliche Ausgang des Schlachttages, gehört sowol zu *reum*, der dafür verantwortlich sei, als zu *crimine.* — *temeritati*, s. 3, 50, 3 u. a., doch haben

potius socium quam unius prudentiae dedi. Camillus in utraque vestra fortuna suam gloriam videt; ego, ni restituitur pugna, quod miserrimum est, fortunam cum omnibus, infamiam solus
10 sentiam." optimum visum est in fluctuantem aciem, tradi equos et pedestri pugna invadere hostem. eunt insignes armis animisque, qua premi parte maxime peditum copias vident. nihil neque apud duces neque apud milites remittitur a summo certamine
11 animi. sensit ergo eventus virtutis enixae opem, et Volsci, qua modo simulato metu cesserant, ea in veram fugam effusi magna pars et in ipso certamine et post in fuga caesi, ceteri in castris, quae capta eodem impetu sunt; plures tamen capti quam occisi.

25 Ubi in recensendis captivis cum Tusculani aliquot noscitarentur, secreti ab aliis ad tribunos adducuntur, percontantibusque
2 fassi publico consilio se militasse. cuius tam vicini belli metu Camillus motus extemplo se Romam captivos ducturum ait, ne patres ignari sint Tusculanos ab societate descisse: castris exer-
3 cituique interim, si videatur, praesit collega. documento unus dies fuerat, ne sua consilia melioribus praeferret. nec tamen aut ipsi aut in exercitu cuiquam satis placato animo Camillus laturus culpam eius videbatur, qua data in tam praecipitem casum res
4 publica esset; et cum in exercitu tum Romae constans omnium fama erat, cum varia fortuna in Volscis gesta res esset, adversae

die besseren Hss. *temeritatis*, vgl. Cic. Lael. 11, 37: *nec se comitem illius furoris sed ducem praebuit*, *temeritas* und *prudentia* stehen nachdrücklicher für die Personen. — *sentiam*, muss ich tragen, s. 9, 11, 3; 3, 21, 4 u. a.

10—11. *optim.* — *in fluct. aciem* scheint, wenn kein Fehler in den Worten liegt (*non tradi*?) zu bedeuten: am vortheilhaftesten für die ins Schwanken gerathene Schlachtreihe, s. c. 13, 3; 37, 15, 7: *in duas res id usui fore*; 34, 6, 6: *alia in secundam alia in adversam tempestatem usui sunt*, und *tradi*, n. *calonibus* mit dem Folg. eng zu verbinden: nach Abgabe der Pferde zu Fusse u. s. w. Ueber den Wechsel *tradi*— *invadere* s. 5, 43, 5. — *qua*, 8, 36, 9. — *certam. animi*: Wetteifer, *animi* collectiv oder abstract, s. 37, 10, 2; 3, 7, 2; dagegen *certamen animorum* 2, 59, 1; 40, 17, 3 u. a. — *sensit*, vgl. 9, 37, 1: *ora senserat*: ib. 41, 8 u. a. — *eventus*, personificirt, wie 3, 68, 7: *bellum scandet*; 8, 3, 7: *fortuna* u. a. — *tamen* soll *ceteri* (n. *caesi*) beschränken. Da Camillus nicht triumphirt, so hält Nieb. R. G. 2, 658 den ganzen Sieg für erdichtet.

25—26. Zug gegen Tusculum. Dion. 14, 9; 11; Dio Cass. frg. 28; Plut. 38; Val. Max. 7, Ext. 3, 9.

1—5. *Ubi* = *in quibus*. — *secreti*, 4, 27, 8. — *percont.*, n. *iis*, s. 23, 10, 9; zur Sache c. 13, 8. — *publico c.*, Tusculum bricht das Bündniss mit Rom, 2, 33, und schliesst sich den Feinden desselben an, vgl. c. 21. 2. — *si videatur*, Höflichkeitsform gegen den gleichgestellten Collegen, vgl. 34, 46, 5; 26, 16, 4. — *in praec. c.*, s. 27, 27, 11. — *docum.*, zum warnenden Beispiel, s. praef.

pugnae fugaeque in L. Furio culpam, secundae decus omne pe-
nes M. Furium esse. introductis in senatum captivis cum bello 5
persequendos Tusculanos patres censuissent Camilloque id bel-
lum mandassent, adiutorem sibi ad eam rem unum petit, per-
missoque, ut ex collegis optaret, quem vellet, contra spem omnium
L. Furium optavit. qua moderatione animi cum collegae levavit 6
infamiam, tum sibi gloriam ingentem peperit. nec fuit cum Tu-
sculanis bellum: pace constanti vim Romanam arcuerunt, quam
armis non poterant. intrantibus fines Romanis non demigratum 7
ex propinquis itineri locis, non cultus agrorum intermissus,
patentibus portis urbis togati obviam frequentes imperatoribus
processere, commeatus exercitui comiter in castra ex urbe et ex
agris devehitur. Camillus castris ante portas positis, eademne 8
forma pacis, quae in agris ostentaretur, etiam intra moenia esset,
scire cupiens, ingressus urbem ubi patentes ianuas et tabernis 9
apertis proposita omnia in medio vidit, intentosque opifices suo
quemque operi, et ludos litterarum strepere discentium vocibus,
ac repletas semitas inter vulgus aliud puerorum et mulierum huc
atque illuc euntium, qua quemque suorum usuum causae ferrent,

10. — *perseq.*, Val. Max. 1. 1.: *ut urbem eorum funditus Romani evertere vellent.* — *patres cens.*, der Senat beschliesst allein den Krieg, weil hier ein Bundesbruch vorlag, oder der Volksbeschluss ist unerwähnt gelassen, s. c. 14, 1. — *adiutorem*, c. 22, 6. — *optaret*, wählte, 42, 32, 1: *optaturum*; 26, 29, 8: *optio.* — *permisso*, 1, 53, 1; 10, 36, 6: *edicto*; 9, 16, 5: *impetrato*; 23, 14, 2: *lato* u. a. — *moderat.*, 4, 41, 7. — *poterant*, das Urtheil des L., dass sie damals oder überhaupt es nicht vermocht hätten.

7—9. *intrantibus*, s. 1, 23, 10; ib. 8, 5. — *itineri*, die Hdss. haben *itineris*, vgl. 4, 55, 5; 3, 38, 9. — *togati*, wie in Rom. — *Camillus*, alle Erscheinungen des Friedens sind in verschiedenen Formen, Particip, Infinitiv, Adjectiv, in anaphorischer: *patentes — intentos — repletos*, und chiastischer Ordnung: *cupiens*, *ingressus; strepere*, *simile* in der Periode zusammengefasst. — *scire*, 2, 11, 6. — *propos. o. in med.*, s. c. 19, 7, hier: vor Aller Augen (zum Verkauf) ausgestellt. Es werden Locale vorausgesetzt, in die von der Strasse aus hineingesehen werden kann; dass dieses auch von den Schulen gelte, wird durch *strepere* unwahrscheinlich, s. Marq. 5, 95. — *ludos litt.*, wo sich die Kinder im Lesen übten, 3, 44. — *discentium*, praef. 4. Zu *strepere* ist das passende Prädicat aus *vidit* zu entnehmen, vgl. 10, 34, 6; 21, 22, 8; 44, 34, 10: *strepere moverique omnia – cerneret.* — *inter vulgus al.*, mitten unter den Leuten, die sich sonst auf der Strasse herumtrieben, 4, 41, 8. — *puerorum et m.*, mit *repletus* verbunden, welches, wie die übrigen Wörter der Fülle, hier den Genitiv, sonst bei L. wie bei Anderen den Ablat. hat. Das offene Herumgehen der Kinder und Frauen, die am ersten der Misshandlung ausgesetzt waren, musste als das sicherste Zeichen des Friedens gelten. — *quemque* hat sich hier an *qua* angeschlossen und ist so vor *suorum* getreten, vgl. vorher *suo quemque*,

10 nihil usquam non pavidis modo sed ne mirantibus quidem simile,
circumspiciebat omnia, inquirens oculis, ubinam bellum fuisset:
11 adeo nec amotae rei usquam nec oblatae ad tempus vestigium
ullum erat, sed ita omnia constanti tranquilla pace, ut eo vix fama
26 belli perlata videri posset. Victus igitur patientia hostium senatum
eorum vocari iussit. „soli adhuc“ inquit, „Tusculani, vera arma ve-
rasque vires, quibus ab ira Romanorum vestra tutaremini, inveni-
2 stis. ite Romam ad senatum; aestimabunt patres, utrum plus ante
poenae an nunc veniae meriti sitis; non praecipiam gratiam publici
beneficii; deprecandi potestatem a me habueritis; precibus eventum
☞ 3 vestris senatus, quem videbitur, dabit.“ postquam Romam Tuscu-
lani venerunt, senatusque paulo ante fidelium sociorum maestus in
vestibulo curiae est conspectus, moti extemplo patres vocari eos
4 iam tum hospitaliter magis quam hostiliter iussere. dictator Tu-
sculanus ita verba fecit: „quibus bellum indixistis intulistisque,
patres conscripti, sicut nunc videtis nos stantes in vestibulo cu-
riae vestrae, ita armati paratique obviam imperatoribus legioni-
5 busque vestris processimus. hic noster, hic plebis nostrae habi-
tus fuit eritque semper, nisi si quando a vobis proque vobis arma

5, 20, 8.

10—11. *pavidis — simile*, s. 8, 18, 11. Ueber das Neutrum 4, 51, 6. — *adeo* etc. geht darauf, dass Cam. sich umsonst nach Zeichen des Krieges umgesehen habe, was durch: *ubinam — fuisset* angedeutet ist. — *ad tempus*, wie es die Verhältnisse zu fordern schienen, um die Römer zu täuschen, 3, 64, 4; 28, 42, 5. — *constanti tr. pa.* = *omnia tranquilla const. p.* n. *erant*, s. praef. 5; auch sonst vermeidet L. nicht immer Zweideutigkeit, 2, 4, 2: *quorum vetustate memoria*; 6, 38, 5 *quanto* u. a. — Wie alle hier geschilderten Verhältnisse haben eintreten können, wenn nach dem Fetialrechte, 1, 32, verfahren, und der Krieg förmlich angesagt gewesen wäre, s. c. 26, 4; 7: *bellum indixistis*, ist nicht abzusehen; auch diese Scenen sind durch die Sage ausgeschmückt.

26. 1—2. *patientia*, Unterwürfigkeit. — *tutaremini* hat sich an *Tusculani* angeschlossen, obgleich *soli* ein allgemeines Prädicat: *quibus resisti posset* erwarten liess. — *non praecip.*, 22, 38, 11: *se — ea ante tempus — praecepturum*. Obgleich die Feldherrn die Vollmacht haben vorläufige Anordnungen zu treffen, so überlässt doch Cam. die ganze Angelegenheit dem Senate, damit dessen Milde erkannt werden könne. — *quem vid.* ist aus *dabit* zu ergänzen, 23, 34, 14.

☞ 3—7. *senatus*, der ganze Senat, nicht wie sonst einzelne Abgeordnete. — *hospitaliter — hostil.*, 1, 58, 8. — *dictator*, 3, 18, 2, Mommsen 1, 345. — *sicut — stantes*, ebenso friedlich, in eben dem Aufzuge; der Nachdruck liegt auf *sicut*. — *in vestib.*, 2, 48, 10; 5, 41, 8; nur der Dictator ist in der Curie, s. 7, 31, 5. — *noster — plebis*, zwei Stände wie zu Rom werden auch sonst in den lat. Städten erwähnt, 4, 9 f.; 1, 28, 7. — *nisi si*, vollständig: *nisi quando arma capienda sunt, si a vobis*. — *a vobis*, wie später die *socii*, Unterthanen, s. c. 10, 6; 3, 4, 11. — *ubi* = *apud quos*, vor *ne* ist

acceperimus. gratias agimus et ducibus vestris et exercitibus,
quod oculis magis quam auribus crediderunt et, ubi nihil hostile
erat, ne ipsi quidem fecerunt. pacem, quam nos praestitimus, 6
eam a vobis petimus; bellum eo, sicubi est, avertatis precamur;
in nos quid arma polleant vestra, si patiendo experiundum est,
inermes experiemur. haec mens nostra est, dii inmortales fa-
ciant, tam felix, quam pia. quod ad crimina attinet, quibus moti 7
bellum indixistis, etsi revicta rebus verbis confutare nihil atti-
net, tamen, etiam si vera sint, vel fateri nobis ea, cum tam evi-
denter paenituerit, tutum censemus. peccetur in vos, dum digni
sitis, quibus ita satisfiat.“ tantum fere verborum ab Tusculanis 8
actum. pacem in praesentia nec ita multo post civitatem etiam
impetraverunt. ab Tusculo legiones reductae.

Camillus, consilio et virtute in Volsco bello, felicitate in Tu- 27
sculana expeditione, utrubique singulari adversus collegam pa-
tientia et moderatione insignis, magistratu abiit creatis tribunis 2
militaribus in insequentem annum L. et P. Valeriis, Lucio quin-
tum, Publio tertium, et Gaio Sergio tertium Lucio Menenio ite-
rum Publio Papirio Servio Cornelio Maluginense. censoribus 3

in gleichem Sinne *ibi* zu denken. — *auribus*, den Aussagen der Gefangenen, c. 25, 1. — *eo, sic. est*, verkürzt statt *eo, ubi est, sicubi est*. — *felix* (*sit*) *quam pia* (*est*). — *attinet* — *attinet*, in verschiedener Bedeutung. — *etsi* - *etiam si*, obgleich es unnütz ist durch Worte zu widerlegen, was durch Thatsachen zurückgewiesen ist, wir also eine Schuld nicht mehr einzugestehen haben, so halten wir es doch sogar für ungefährlich das Geständniss abzulegen, wenn die Anschuldigungen gegründet sein sollten. Der Gedanke ist dadurch verdunkelt, dass *tamen* sich nicht sowol auf den mit *etsi* eingeleiteten Satz bezieht, als auf eine Folgerung aus demselben, vgl. c. 18, 5. — *dum*, wenn nur, nur dass.

8. *pacem*, durch den Senat; die *civitas*, c. 33, durch das Volk, noch vor 378 a. u. — *civitat.*, wahrscheinlich hat L., wie Dion. c. 9: *πολιτεί-αν ἔγνωσαν τοῖς κρατηθεῖσι χαρίσασθαι, πάντων μεταδόντες, ὧν τοῖς Ῥωμαίοις μετῆν*, vgl. c. 10; Dio Cass. l. l., an das volle Bürgerrecht gedacht, und dieses für eine grosse Wohlthat angesehen, vgl. c. 36, 2; 8, 14, 3, obgleich dasselbe damals, besonders nach dem Einfall der Gallier, noch nicht die Bedeutung wie in späterer Zeit haben konnte, sondern, da es die neuen Bürger nöthigte ihre frühere Verbindung mit ihren latinischen Stammesgenossen, zum grossen Theile ihre communale Selbständigkeit, ihr Recht aufzugeben, und dafür römisches anzunehmen, sehr drückend sein musste, so dass es nicht auffallen kann, wenn die Tusculaner später, 8, 7, 2, sich aus diesem Verhältniss zu befreien, die Latiner die Stadt wieder zu gewinnen suchen, s. c. 33; 36; vgl. 3, 29, 6; 9, 43, 23; Marq. 3, 1, 9.

27—29. Unruhen wegen der Schuldverhältnisse; Krieg mit Präneste; Diod. 15, 50.

1—3. *in Volsc. b.*, c. 24, 7. — *Lucio*, c. 21; *Publio*, c. 18; *Sergio*, c. 11; *Menenio*, c. 5; *P. Papir.* bei

quoque eguit annus, maxime propter incertam famam aeris alieni, adgravantibus summam etiam invidiae eius tribunis plebis, cum ab iis elevaretur, quibus fide magis quam fortuna debentium la-
4 borare creditum videri expediebat. creati censores C. Sulpicius Camerinus Sp. Postumius Regillensis, coeptaque iam res morte Postumi, quia collegam suffici censori religio erat, interpellata
5 est. igitur cum Sulpicius abdicasset se magistratu, censores alii vitio creati non gesserunt magistratum; tertios creari velut diis
6 non accipientibus in eum annum censuram religiosum fuit. eam vero ludificationem plebis tribuni ferendam negabant: fugere senatum testes tabulas publicas census cuiusque, quia nolint con-

Diod.: *T. Papir.*; *Cornelio*, c. 22. — *censorib.*, während Diodor 15, 50 u. 51 für dieses und das folgende Jahr 8 Consulartribunen erwähnt, wie L. 5, 1, giebt dieser hier und c. 31 Censoren neben den Consulartribunen an; und dass er a. u. St. wirkliche Censoren meine, zeigt das § 5 Erwähnte, was wol bei Consulartribunen, die den Census gehalten hätten, nicht eingetreten wäre, s. Lange 1, 485. Diese Censoren sind wahrscheinlich, s. zu c. 5, 8, vgl. die Stelle des Festus zu c. 14, 12, die ersten nach dem Einfall der Gallier. Sie sollen die Schuldverhältnisse untersuchen und neue Censuslisten entwerfen, da bis dahin, obgleich der Besitzstand sich bedeutend geändert haben musste, das tributum wahrscheinlich noch nach der vor dem Gallischen Kriege abgehaltenen Schatzung eingefordert wurde, s. Nieb. R. G. 2, 441. — *aeris al.*, die Masse der Schulden, die sich durch den Verlust im Kriege, durch den Aufbau der Stadt, die Befestigung des Capitols, c. 4, die Steuern in Folge der beständigen Kriege angehäuft hatte, ist c. 11; 14 angedeutet worden. — *adgravant. sum. i. e.* würde, wenn die Stelle richtig ist, (statt *inv. eius* wird *inv. causa* oder *invidiose*, *invidiosius* verm.) bedeuten: indem sie die Masse des gehässigen Gegenstandes (*invidia* = *res invidiosa*), der Schulden, die an sich schon gross genug war, (durch ihre Reden) noch drückender machten, steigerten, vgl. 26, 12, 10: *summa curae omnis*; 3, 61, 12; 42, 58, 7; über *invidia* s. 2, 23, 2. — *ab iis* etc., die Geldverleiher, *feneratores*. — *fide — creditum*, das ausgeliehene Capital habe zu kämpfen, leide mehr durch die Art wie die Schuldner ihre Verbindlichkeiten erfüllten, s. c. 34, 2, als durch die Vermögensverhältnisse derselben; wir fassen *fide* und *fortuna* negativ: das Capital und die Zinsen ständen schlecht mehr wegen Mangel an gutem Willen zu zahlen als u. s. w., vgl. zu 2, 19, 6.

4—6. *Sulpicius*, c. 22. — *Postumius*, 5, 28. — *res*, der Census und die Ordnung der Vermögensverhältnisse. — *religio*, 5, 31. — *alii*, da der Census nur begonnen (*coepta res*) ist, so werden um denselben vollständig zu halten sogleich neue Censoren gewählt. — *vitio cr.*, Bekker 2, 2, 193. — *vero*, das sei wahrhaftig. — *fugere*, s. 8, 33, 8: *fugienti senatus iudicium*, scheuen, zu entgehen suchen. — *testes*, das Object ist aus *census cuiusq.*, obgleich dieses zunächst zu der Apposition *tabul. publ.* gehört, leicht zu entnehmen, vgl. 2, 23, 4: *testes — pugnarum cicatrices*; Cic. Verr. 5, 5, 10: *testes publicae tabulae*. — *tabul. — cui.*, die unter öffentlicher Auto-

spici summam aeris alieni. quae indicatura sit demersam partem
a parte civitatis, cum interim obaeratam plebem obiectari aliis
atque aliis hostibus. passim iam sine ullo discrimine bella 7
quaeri: ab Antio Satricum, ab Satrico Velitras, inde Tusculum
legiones ductas, Latinis Hernicis Praenestinis iam intentari arma
civium magis quam hostium odio, ut in armis terant plebem
nec respirare in urbe aut per otium libertatis meminisse sinant
aut consistere in contione, ubi aliquando audiant vocem tribuni-
ciam de levando fenore et fine aliarum iniuriarum agentem. quod 8
si sit animus plebi memor patrum libertatis, se nec addici quem-
quam civem Romanum ob creditam pecuniam passuros neque
dilectum haberi, donec inspecto aere alieno initaque ratione mi-
nuendi eius sciat unus quisque, quid sui, quid alieni sit, super-
sit sibi liberum corpus, an id quoque nervo debeatur. merces 9
seditionis proposita confestim seditionem excitavit. nam et ad-
dicebantur multi, et ad Praenestini famam belli novas legiones
scribendas patres censuerant; quae utraque simul auxilio tribu-
nicio et consensu plebis inpediri coepta: nam neque duci addi- 10
ctos tribuni sinebant, neque iuniores nomina dabant. cum pa-
tribus minor *in* praesens cura creditae pecuniae iuris exsequendi

rität angelegten Schätzungslisten, welche, da das Vermögen jedes Einzelnen (*cuiusque* s. 4, 58, 13; 45, 38, 12) eingetragen wurde, Zeugen desselben, hier der Verschuldung der Plebs, waren, s. Becker 2, 2, 206. Die Stelle und § 8 zeigen, dass bei der Abschätzung dem Censor eine Berechnung des Activ- und Passivbestandes vorgelegt wurde, wodurch jedoch, da der geringe Besitz der grossen Mehrzahl der Plebejer in Grundeigenthum bestand, und dieses, wenn auch verschuldet, im Census angegeben werden musste, wenig geholfen werden konnte. Man scheint daher eine Massregel wie sie 6, 35, 4 vorgeschlagen oder wie die, welche 7, 21 ausgeführt wird, schon jetzt gefordert zu haben. — *mersam*, c. 17, 2. — *cum int.*, c. 11, 4.

7—8. *passim*, überall, wo es dem Senate beliebe. Die Zustimmung des Volkes ist übergangen. — *ab Antio* etc., ohne genaue Beachtung der Zeitfolge, s. c. 2; 7; 9; 21; 22. — *Praenest.*, wie c. 21, 2; vgl. c. 32, 4. — *libertatis* etc., 4, 58, 12. — *consistere*, weil man in den Contionen stand. — *memor*, 22, 25, 10. — *addici* etc., sie wollen gegen das Gericht selbst oder gegen gerichtliche Schuldexecutionen Einspruch thun, 3, 59, 2. — *initaque r. m.*, die c. 35, 4 vorgeschlagene Massregel wird angedeutet. — *quid sui*, was sein wirkliches Eigenthum sei, was er an die Gläubiger abtreten müsse, s. c. 20, 6. — *liberum c.*, ob sein Vermögen zur Deckung der Schulden ausreiche, oder er in Schuldknechtschaft sich begeben müsse. — *nervo*, s. c. 11, 8.

9—11. *nam*, das, was als Erklärung hinzugefügt werden soll, ist in den Relativsatz, der durch *namque* etc. weiter ausgeführt wird, aufgenommen; logisch sind *et addic.* — *et* — *censuer.* Nebensätze: *nam*, *cum* — *censuissent*, *utraque* etc. — *addicebant.*, c. 14, 10; es geschah ohne Erfolg. — *minor in praes.*, die

quam dilectus esset — quippe iam a Praeneste profectos hostes
11 in agro Gabino consedisse nuntiabatur —, interim tribunos plebis fama ea ipsa inritaverat magis ad susceptum certamen quam deterruerat; neque aliud ad seditionem extinguendam in urbe quam prope inlatum moenibus ipsis bellum valuit.

28 Nam cum esset Praenestinis nuntiatum nullum exercitum conscriptum Romae, nullum ducem certum esse, patres ac ple-
2 bem in semet ipsos versos. occasionem rati duces eorum raptim agmine acto pervastatis protinus agris ad portam Collinam signa
3 intulere. ingens in urbe trepidatio fuit. conclamatum „ad arma“ concursumque in muros atque portas est. tandemque ab seditione ad bellum versi dictatorem T. Quinctium Cincinnatum
4 creavere. is magistrum equitum A. Sempronium Atratinum dixit. quod ubi auditum est — tantus eius magistratus terror erat — simul hostes a moenibus recessere, et iuniores Romani
5 ad edictum sine retractatione convenere. dum conscribitur Romae exercitus, castra interim hostium haud procul Alia flumine posita; inde agrum late populantes fatalem se urbi Romanae lo-
6 cum cepisse inter se iactabant, similem pavorem inde ac fugam fore ac bello Gallico fuerit: etenim si diem contactum religione insignemque nomine eius loci timeant Romani, quanto magis Aliensi die Aliam ipsam, monumentum tantae cladis, reformida-

Hdss. haben die harte Verbindung: *minor praesens*, mit der nur etwa verglichen werden könnte Terent. Heaut. 2, 3, 113: *quasi istic mea res minor agatur, quam tua.* — *cred.* — *exseq*, über die gehäuften Genitivi s. praef. 3. — *profect.* — *nuntiab*, s. 4, 53, 3. — *inter.* — *deterr.*, s. 3, 17, 12; der Gedanke hat sich statt auf *eum* etc. zurückzugehen, an *quippe* — *nuntiab.* angeschlossen, daher nicht, wie man erwartet: *tribuni summa vi dilectum impediebant, nam ea ipsa fama* — *inritaverat.*

28. 1—3. *certum*, bei der grossen Zahl der Militärtribunen; bereitet auf die Wahl des Dictators vor. — *occasion.*, absolut: der günstige Moment, s. 4, 31, 2. — *agmine acto*, marschiren, das Heer in Bewegung setzen; häufiger mit *raptim*, *cursu* u. ä. verbunden, anders *agmine facto*, 5, 30, 4. — *protinus*, beim Vorrükken, unterwegs, vgl. 26, 51, 9; 32, 13, 4. — *ad portam C.*, sie rückten auf dasselbe zu, kamen also nicht auf der via Praenestina, sondern der Nomentana. — *atque p.*, obgleich zu *portas* mehr *ad* passen würde, kann doch auch *in* darauf bezogen werden.

4—6. *Quinctium*, c. 18. — *iunior. R.* wie *plebs Romana*; *patres Romani*. — *sine retract.*, vgl. c, 16, 3. — *procul Al.*, sie werden auf der via Salaria zurückgegangen gedacht, Nieb. R. G. 2, 660. — *contact. rel.* = *religiosum*, *atrum*, c. 1, 11, auf dem ein Fluch ruht. — *Aliensi die* ist nach *diem c. r.* wiederholt, um den Gegensatz zu *Aliam* zu heben. Die Verbindung von *magis* mit dem Abl. statt *quam* ist ausser bei Adjectiven wie *solito* u. ä. nicht häufig; s. 29, 15, 11: *alii aliis magis recusare*; C. Fin. 3, 3, 11: *alia magis*

turos? species profecto his ibi truces Gallorum sonumque vocis
in oculis atque auribus fore. has inanium rerum inanes ipsas 7
volventes cogitationes fortunae loci delegaverant spes suas. Ro-
mani contra, ubicumque esset Latinus hostis, satis scire eum
esse, quem ad Regillum lacum devictum centum annorum pace
obnoxia tenuerint; locum insignem memoria cladis inritaturum 8
se potius ad delendam memoriam dedecoris, quam ut timorem
faciat, ne qua terra sit nefasta victoriae suae; quin ipsi sibi Galli 9
si offerantur illo loco, se ita pugnaturos, ut Romae pugnaverint
in repetenda patria, ut postero die ad Gabios, tunc cum effece-
rint, ne quis hostis, qui moenia Romana intrasset, nuntium se-
cundae adversaeque fortunae domum perferret.

His utrimque animis ad Aliam ventum est. dictator Roma- 29
nus, postquam in conspectu hostes erant instructi intentique,
„videsne tu“ inquit, „A. Semproni, loci fortuna illos fretos ad
Aliam constitisse? nec illis di inmortales certioris quidquam
fiduciae maiorisve quod sit auxilii dederint. at tu, fretus armis 2
animisque, concitatis equis invade mediam aciem; ego cum le-
gionibus in turbatos trepidantesque inferam signa. adeste, dii
testes foederis, et expetite poenas debitas simul vobis violatis no-
bisque per vestrum numen deceptis.“ non equitem, non peditem 3
sustinuere Praenestini. primo impetu ac clamore dissipati ordi-
nes sunt; dein, postquam nullo loco constabat acies, terga ver-
tunt, consternatique et praeter castra etiam sua pavore praelati
non prius se ab effuso cursu sistunt, quam in conspectu Prae-
neste fuit. ibi ex fuga dissipati locum, quem tumultuario opere 4

alia; ib. 4, 16, 43; 3, 22, 76: *quid philosophia magis colendum.* — *his*, c. 10, 8. — *auribus*, auch hierzu ist *in* zu nehmen, obgleich sonst *in auribus* nicht so gebräuchlich ist, wie *in ore*, *in oculis*, vgl. 9, 12, 1.

7—9. *satis scire*, vgl. 1, 9, 4. — *centum a.*, c. 2, 3. — *obnoxia p.*, von den Menschen auf die Sache übertragen: ein Friede, durch den sie von den Römern abhängig wurden. Ueber die Sache s. c. 2; 21. — *quam ut*, 2, 15, 2. — *nefasta* von *dies nefastus* entlehnt: es gebe kein Unglücksland, wo nach dem Willen der Götter die Römer nicht siegen könnten, wie es Unglückstage gäbe. Der Gedanke bezieht sich auf § 6: *quanto magis* etc. — *tunc cum* fügt zu *postero die* noch eine genauere Bestimmung, wie *is qui* zu einem vorhergeh. Begriff; Cic. Tusc. 4, 1, 2; Lael. 14, 49 u. a.

29. 1—3. *loci*, nur im Vertrauen auf u. s. w. — *nec* — *dederint*, ist hier wol eine das Vorhergeh. (*loci*) erklärende Voraussetzung des Dictators: der Erfolg wird zeigen, dass, s. c. 14, 4; 22, 14, 10; 25, 38, 17; anders 28, 28, 11, vgl. 5, 53, 3. — *maior. q. s. aux.*, etwas was — bestehe aus, was — gewähre. — *equis inv.*, c. 32, 8. — *inferam s.*, nur: angreifen, daher *cum legionibus*. — *expetite*, 1, 23, 4. — *per v. numen* u. *iuramento facto*, s. 1, 9, 13. — *praeter* — *praelati*, 5, 26, 7.

4—6. *ex fuga d.*, die (während

communirent, capiunt, ne, si intra moenia se recepissent, extemplo ureretur ager, depopulatisque omnibus obsidio urbi in-
5 ferretur. sed postquam direptis ad Aliam castris victor Romanus aderat, id quoque munimentum relictum, et vix moenia tuta
6 rati oppido se Praeneste includunt. octo praeterea oppida erant sub dicione Praenestinorum. ad ea circumlatum bellum, deincepsque haud magno certamine captis Velitras exercitus ductus.
7 eae quoque expugnatae. tum ad caput belli Praeneste ventum.
8 id non vi, sed per deditionem receptum est. T. Quinctius semel acie victor, binis castris hostium, novem oppidis vi captis, Praeneste in deditionem accepto Romam revertit, triumphansque signum Praeneste devectum Iovis Imperatoris in Capitolium tulit.
9 dedicatum est inter cellam Iovis ac Minervae, tabulaque sub eo fixa, monumentum rerum gestarum, his ferme incisa litteris fuit: „Iuppiter atque divi omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dicta-
10 tor oppida novem caperet.“ die vicensimo quam creatus erat dictatura se abdicavit.

sie) sich auf der Flucht zerstreut hatten u. s. w., 8, 24, 10: *contrahens suos ex fuga palatos*; Caes. B. G. 6, 35: *multos ex fuga dispersos excipiunt*; sonst sagt L. gewöhnlich *dissipata* od. *dispersa fuga*, s. 2, 59, 9; 31, 42, 9, vgl. zu 28, 20, 8, wie auch an u. St. verm. wird. — *si — recep*,, *quod futurum esset, si* etc. — *obsid. inf.*, nach der Analogie von *bellum*, *arma inferre*. — *vix rati*, während (obgleich) sie u. s. w. — *Praeneste*, 1, 2, 3; anders § 8. — *octo — opp.*, Unterthanenstädte, wie bei Tibur 8, 8, 17 f., wol zwischen dem Aequer- u. Albanergebirge. — *Velitras* hat sich an Pr. angeschlossen, ohne von ihm abhängig zu sein, s. c. 22. Es ist eben so auffallend, dass die treulose Stadt so leicht eingenommen, s. c. 36; 42, u. nicht bestraft wird, als dass das feste Präneste sich ohne Widerstand ergiebt, da es c. 30, 8 den Krieg fortsetzt, s. Nieb. R. G. 2, 661 f.

8—10. *Praeneste* ohne *a* s. 2, 33, 6; 24, 12, 3. — *Iovis Imp.*, wenn nach Cic. Verr. 4, 58, 129 eine Statue des Jup. Imp. durch T. Quinctius Flamininus nach Rom gebracht wird, so bezieht sich dieses entweder auf ein anderes Bild, oder es ist *T. Quinctius Flamininus* und *Cincinnatus* verwechselt. Dass L. oder sein Gewährsmann geirrt habe, ist kaum glaublich, da sogleich die Votivtafel erwähnt wird. — *Imperator*, s. Preller Myth. 183. — *inter cell.*, in den die Cellen scheidenden Wänden scheinen Nischen (*aediculae*) gewesen zu sein, in deren einer, rechts von der Celle des Jupiter, vgl. c. 4, 3; 7, 3, 5, das Bild seinen Platz erhielt, s. Becker I, 399. — *incisa — fuit*, sie hat die Inschrift gehabt, s. 3, 26, 10; 23, 19, 18: *titulus fuit subiectus*; zur Sache Becker 1, 25; Preller S. 207; *dedicatum est* giebt nur das Factum an. Schon zu Cicero's Zeit, s. d. a. St., existirte das von ihm erwähnte Bild nicht mehr, was auch L. durch *incisa fuit* andeutet. Wahrscheinlich hat dieser die Notiz aus einer Schrift des jüngeren Cincius, s. 7, 3; Mommsen Chron. 317, entlehnt. Ein anderer Theil der von L., welcher, wie *ferme*

Comitia inde habita tribunorum militum consulari potestate, 30
quibus aequatus patriciorum plebeiorumque numerus. ex patri- 2
bus creati P. et C. Manlii cum L. Iulio; plebes C. Sextilium M.
Albinium L. Antistium dedit. Manliis, quod genere plebeios, gra- 3
tia Iulium anteibant, Volsci provincia sine sorte, sine conpara-
tione, extra ordinem data; cuius et ipsos postmodo et patres,
qui dederant, paenituit. inexplorato pabulatum cohortes mi- 4
sere; quibus velut circumventis, cum id falso nuntiatum esset,
dum, praesidio ut essent, citati feruntur, ne auctore quidem ad-
servato, qui eos hostis Latinus pro milite Romano frustratus
erat, ipsi in insidias praecipitavere. ibi dum iniquo loco sola 5
virtute militum restantes caedunt caeduntur que, castra interim
Romana, iacentia in campo, ab altera parte hostes invasere. ab 6
ducibus utrubique proditae temeritate atque inscitia res; quid-
quid superfuit fortunae populi Romani, id militum etiam sine
rectore stabilis virtus tutata est. quae ubi Romam sunt relata, 7

zeigt, nicht das Ganze anführen wollte, erwähnten Inschrift wird von Festus p. 363 mitgetheilt: *trientem tertium* (2¼ Pf.) *pondo coronam auream dedisse se Iovi donum scripsit T. Quinctius dictator, quom per novem dies totidem urbes et decimam Praeneste cepisset.* Die Inschrift war im saturnischen Versmasse abgefasst, nach Ritschl der Anfang folgender:

Diovíspiter átque divi — ómnes hóc dedérunt,
Utí Titu' Quinctiús dic - tátor [*in duéllo*].

— *die vic. q.*, 3, 8, 2; Becker 2, 2, 164; Ihne Röm. Gesch. 1, 243.

30. Krieg mit den Volskern. Diod. 15, 51.

1—4. *plebeiorum*, diese gelangen seit 358, s. 5, 18 (mit Ausnahme vielleicht von Trebonius c. 21), zum erstenmale wieder zum Militärtribunate. — *P. Manlius* c. 42; 38; *C. Manl.* (*Capitolinus*); *Iulio*, c. 4; *Albinium* viell. war der 5, 40 erwähnte, obgleich dieser *Lucius* genannt wird, gemeint, vgl. Nieb. R. G. 2, 606; CIL. p. 285. Diodor l. l. erwähnt 8 Consulartribunen, wahrscheinlich mit Einschluss der von L. erst im folg. Jahre c. 31 angeführten Censoren, s. c. 27, 3, obgleich die Namen verschieden sind. — *dedit*, 7, 1, 1. — *sine s.* — *ordin.*, alle drei Arten der Bestimmung der Provinzen, Loos, freie Uebereinkunft, specielle Anordnung des Senates, sind hier zusammen genannt, s. c. 22, 6; 8, 20, 3; Becker 2, 2, 116. — *cuius*, 2. 47, 12.

4 — 6. *velut circ.*, wie sie meinten; als wären sie. — *feruntur*, 25, 15, 15: *Romanos fusos ad urbem ferri viderunt.* — *qui* — *pro* = *cum esset* — *tamquam esset.* — *praecipitare* neutral, vgl. 4, 12, 11; 2, 51, 5 u. a. — *restantes*, Stand halten vermittelst der Tapferkeit, auf dieselbe gestützt, 4, 58, 4. — *caedunt* etc., Verg. 10, 756: *caedebant pariter pariterque ruebant.* — *utrubique*, in der Schlacht und dem Lager, das sie wol ohne Bedeckung gelassen hatten. — *fortunae* wird am einfachsten als Genitiv genommen: das Wenige von dem Glücke, was die Unbesonnenheit und Ungeschicklichkeit der Tribunen übrig gelassen hatte, s. 1, 34, 11: *et ipse*

primum dictatorem dici placebat; deinde, postquam quietae res
ex Volscis adferebantur, et apparuit nescire eos victoria et tem-
pore uti, revocati etiam inde exercitus ac duces, otiumque inde,
8 quantum a Volscis, fuit; id modo extremo anno tumultuatum,
quod Praenestini concitatis Latinorum populis rebellarunt. —
9 Eodem anno Setiam ipsis querentibus penuriam hominum novi
coloni adscripti. rebusque haud prosperis bello domestica quies,
quam tribunorum militum ex plebe gratia maiestasque inter suos
obtinuit, solacium fuit.

31 Insequentis anni principia statim seditione ingenti arsere
tribunis militum consulari potestate Sp. Furio Q. Servilio ite-
rum Lucio Menenio tertium P. Cloelio M. Horatio L. Geganio.
2 erat autem et materia et causa seditionis aes alienum. cuius no-
scendi gratia Sp. Servilius Priscus Q. Cloelius Siculus censores
3 facti, ne rem agerent, bello impediti sunt: namque trepidi nuntii
primo, fuga deinde ex agris legiones Volscorum ingressas fines
4 popularique passim Romanum agrum attulere. in qua trepida-
tione tantum afuit, ut civilia certamina terror externus cohiberet,
ut contra eo violentior potestas tribunicia inpediendo dilectu es-
set, donec condiciones inpositae patribus, ne quis, quoad debellatum

fortunam — adiuvabat; 5, 40, 1: *commendantes virtuti eorum urbis — quaecumque reliqua esset fortuna*, Andere nehmen es als Dativ.

7—9. *postq. — ferebantur et apparuit*, vgl. zu 2, 7, 3 u. 23, 18, 7. — *exercitus*, wahrscheinlich ist je eine Legion unter einem der Manlier zu denken, vgl. 30, 41, 1; 39, 1, 3. — *otiumque* etc., vgl. 22, 21, 1. — *tumult.*, 24, 21, 2; 36, 44, 4. — *concitatis*, s. c. 21. — *Setia*, j. Sezza, an der Westseite des Volskischen Gebirges, über den pomptinischen Sümpfen. Die Gründung der Colonie, welche Vell. 1, 14 in das 8. Jahr nach dem Einfall der Gallier setzt, hat L. übergangen. Setia erscheint hier, 7, 42; 8, 1 als Bürgercolonie, allein 8, 3 steht sie auf der Seite der Latiner. Die Verstärkung derselben musste zum Schutze des neuen Besitzes im Lande der Volsker um so nothwendiger erscheinen, da Satricum verloren war. — *novi c. a.*, 4, 11, 7; 34, 42, 6. — *ipsis*, im Gegensatz zur Stadt, 24, 35, 1: *Helorum — dedentibus ipsis recipit*; 31, 46, 13; zugleich findet eine constr. ad synesin statt. — *rebus — solac.*, s. 3, 38, 3; 22, 22, 7: *emolumentum*, vgl. 10, 37, 7.

31. Innere Unruhen; Verwüstung des Volskischen Gebietes.

1—2. *principia*, die ersten Tage, sind statt *seditio* Subj., um die Zeit zu heben: „gleich in den ersten Tagen brach die Flamme einer heftigen Empörung aus". — *Servilio*, c. 22; *Menenio*, c. 27; *C. Licinius* (*Stolo*); Diod. 15, 57 nennt nur vier Consulartrib. — *noscendi* etc., vgl. c. 27. — *bello*, weil die abwesenden Bürger ihr Vermögen nicht angeben können.

4—5. *inpediendo dil.* ist Abl., 3, 17, 2: sie traten noch anmassender mit ihrer Einsprache auf, anders 2, 59, 2. — *quis* bezeichnet zu *daret* andere Personen als zu *diceret*, da dieses nicht ohne Härte ist, so verm. Madvig *imperaret* statt *daret*. — *de-*

esset, tributum daret, aut ius de pecunia credita diceret. eo laxa- 5
mento plebi sumpto mora dilectui non est facta. legionibus novis scriptis placuit duos exercitus in agrum Volscum legionibus divisis duci: Sp. Furius M. Horatius dextrorsus maritimam oram atque Antium, Q. Servilius et L. Geganius laeva ad montes Ecetram pergunt. neutra parte hostis obvius fuit: populatio itaque 6
non illi vagae similis, quam Volscus latrocinii more, discordiae hostium fretus et virtutem metuens, per trepidationem raptim fecerat, sed ab iusto exercitu iusta ira facta, spatio quoque temporis gravior. quippe a Volscis timentibus, ne interim exercitus 7
ab Roma exiret, incursiones in extrema finium factae erant; Romano contra etiam in hostico morandi causa erat, ut hostem ad certamen eliceret. itaque omnibus passim tectis agrorum vicis- 8
que etiam quibusdam exustis, non arbore frugifera, non satis in spem frugum relictis, omni, quae extra moenia fuit, hominum pecudumque praeda abacta, Romam utrimque exercitus reducti.

Parvo intervallo ad respirandum debitoribus dato postquam **32**
quietae res ab hostibus erant, celebrari de integro iuris dictio, et tantum abesse spes veteris levandi fenoris, ut tributo novum fe-

bellat., s. 2, 26, 6; 3, 70, 11 u. o., ist wol statt des hds. *bellatum* zu lesen, doch vgl. Tac. H. 2, 40, L. 29, 14, 1. — *tributum d.*, das tributum erscheint neben dem Wucher als die wichtigste Ursache der Verschuldung der Plebs. — *ius dic.*, 2, 24, 6; 6, 27, 10. — *laxamento*, c. 32, 1: *intervallo ad respirandum.* — *novis*, dieses geschah damals für jeden Feldzug; warum es gerade hier erwähnt wird, ist nicht klar. — *legionib. script.* — *legion. divisis* wird durch die verschiedene Beziehung der Ablative entschuldigt; zwei Heere, die nach Theilung der (vier?) Legionen gebildet wären, s. c. 30, 7. — *dextrors.* — *laeva*, gegen die westlichen und östlichen Volsker. — *marit. oram* hängt, wie es scheint, von dem in *dextrorsus* liegenden Begriff der Richtung ab, vgl. 8, 15, 8: *dextra*; zur Sache 2, 34, 3; Madvig verm. *in mar. or.* — *Antium*, c. 9. — *Ecetr.*, 2, 25, 6.

6—8. *discordiae*, 4, 37, 6. — *et* und doch zugleich, fast: aber, s. 28, 26, 11; 35, 10, 5. — *iusto exerc.* ein vollständiges Heer, 10, 25, 16, im Gegensatze zu *latrocinium*, s. 8, 34, 10; 2, 48, 5; anders *iusta ira* in Bezug auf § 3. — *extr. fin.*, 9, 31, 1. — *hostico* braucht L. häufiger substantivisch als mit *agro*, 44, 13, 1; 8, 34, 9; ib. 38, 2 u. a. Der ganze Begriff *in host. mor.* wird durch *etiam* gesteigert im Gegensatze zu *vagae.* — *tectis*, einzeln stehende Häuser auf dem Lande. — *satis* = *segetibus*, sonst mehr dichterisch, vgl. 8, 29, 11; 31, 30, 3. — *in sp. fr.*, so dass man hätte hoffen können; 5, 24, 2.

32—33. Die Noth der Plebs; Krieg mit den Volskern und Latinern. Diod. 15, 61.

1. *Parvo*, ungeachtet des c. 31, 6 Gesagten war der Feldzug doch nur kurz gewesen. — *celebrari*, es wurden viele Schuldner den Gläubigern zugesprochen; nur darauf bezieht sich das allgemeine *iuris dictio*, vgl. c. 31, 4; 2, 27, 1: *ius de creditis pecuniis dicere.* — *spes*, das

nus contraheretur in murum a censoribus locatum saxo quadrato
2 faciundum. cui succumbere oneri coacta plebes, quia quem di-
3 lectum inpedirent non habebant tribuni plebis. tribunos etiam
militares patricios omnes coacta principum opibus fecit, L. Aemi-
lium P. Valerium quartum C. Veturium Ser. Sulpicium L. et C.
4 Quinctios Cincinnatos. isdem opibus obtinuere, ut adversus La-
tinos Volscosque, qui coniunctis legionibus ad Satricum castra
habebant, nullo inpediente omnibus iunioribus sacramento adactis
5 tres exercitus scriberent, unum ad praesidium urbis, alterum qui,
si qui alibi motus extitisset, et subita belli mitti posset; tertium
longe validissimum P. Valerius ad L. Aemilius ad Satricum duxere.
6 ubi cum aciem instructam hostium loco aequo invenissent, ex-
templo pugnatum; et ut nondum satis claram victoriam, sic pro-
sperae spei pugnam imber ingentibus procellis fusus diremit.
7 postero die iterata pugna; et aliquamdiu aequa virtute fortuna-
que Latinae maxime legiones, longa societate militiam Romanam
8 edoctae, restabant. eques inmissus ordines turbavit, turbatis si-
gna peditum inlata, quantumque Romana se invexit acies, tantum

Subject von *abest* wird gewöhnlicher, wie c. 31, 4, durch einen Satz mit *ut* umschrieben. — *tributo*, in Folge des trib., das vom Senate ausgeschrieben, nur die Plebs drückte, s. 4, 60, 4, da die Tribunen nicht wie 4, 60, 5 u. 5, 12, 7 einschreiten. — *murum*, vgl. c. 4, 12, hier ist die Ausbesserung der alten, im Gallischen Kriege zum Theil zerstörten Stadtmauer gemeint, s. 7, 20, 9; noch jetzt sind die Spuren der Restauration an einem erhaltenen Theile der Mauer am südlichen Abhange des Aventinus zu erkennen, s. Philol. 25, 644; Schwegler 3, 304. — *a censoribus loc.*, s. 4, 22, 7. — *saxo*, 1, 26, 14.

3. *patric. om.*, man könnte nach den Worten erwarten, dass oft Plebejer erwählt worden seien; aber es ist nur einmal in dieser Zeit, c. 30, geschehen. Die durch *coacta* — *fecit* bezeichnete Abhängigkeit der Plebs von den Patriciern in Privatverhältnissen, wird von diesen schon lange für ihre Zwecke in politischer Rücksicht ausgebeutet worden sein, vgl. c. 34. Nach Diod. haben die Patricier sogar Consuln wählen wollen, und erst nach einem Aufstande erfolgt die Wahl von Consulartribunen. — *Aemilium*, nach L. *quintum*, s. c. 22. *Valerium*, c. 27. *Sulpicium*, c. 34; *L. Quinct.*, c. 11.

4—5. *Latinos V.*, die Verbindung war jetzt öffentlich, s. c. 7; 30; unter den Latinern sind hier auch die c. 27, 7; 30, 8 besonders genannten Pränestiner begriffen. — *nullo inped.*, die Tribunen benutzen die Gelegenheit nicht der Plebs zu helfen, s. § 2: *quia* etc. — *tres* etc. wie c. 2, 7; 6, 12 ff. — *ad Satr.*, vgl. c. 22; die Entfernung ist § 9 angegeben. — *ad praes. urb.*, c. 2; 6, 14. — *si qui*, s. c. 6, 13. — *subita b.*, 9, 43, 5.

6—11. *claram*, nicht mehr zu bezweifeln; da diese Bedeutung sich sonst nicht leicht findet, verm. Madvig *certam*. — *ingent. pr.*, c. 8, 7. — *edoctae*, 8, 8. — *restabant*, c. 30, 5. — *eques* etc., s. c. 29, 2; 7, 33, 7. — *quantum* — *tant.*, wie weit u. s.

hostes gradu demoti; et ut semel inclinavit pugna iam intolera-
bilis Romana vis erat. fusi hostes cum Satricum, quod duo mi- 9
lia inde aberat, non castra peterent, ab equite maxime caesi; ca-
stra capta direptaque. ab Satrico nocte, quae proelio proxima 10
fuit, fugae simili agmine petunt Antium; et cum Romanus exer-
citus prope vestigiis sequeretur, plus tamen timor quam ira ce-
leritatis habuit. prius itaque moenia intravere hostes, quam Ro- 11
manus extrema agminis carpere aut morari posset. inde aliquot
dies vastando agro absumpti, nec Romanis satis instructis appa-
ratu bellico ad moenia adgredienda nec illis ad subeundum pu-
gnae casum.

Seditio tum inter Antiates Latinosque coorta, cum Antiates 33
victi malis subactique bello, in quo et nati erant et consenuerant,
deditionem spectarent, Latinos ex diutina pace nova defectio re- 2
centibus adhuc animis ferociores ad perseverandum in bello fa-
ceret. finis certaminis fuit, postquam utrisque apparuit nihil per
alteros stare, quo minus incepta persequerentur. Latini profecti 3
a societate pacis, ut rebantur, inhonestae sese vindicaverunt, An-
tiates incommodis arbitris salutarium consiliorum remotis urbem
agrosque Romanis dedunt. ira et rabies Latinorum, quia nec 4
Romanos bello laedere nec Volscos in armis retinere potuerant,

9 exercitus ager senserat. ii concitata omni iuventute sua et magna parte Etruscorum ad rebellionem conpulsa tantum exercitum fecerant, ut relicto post se in Etruria Decio ad oppugnandam inde Romam ituros, magnifice de se ac contemptim de Romanis lo-
10 quentes, iactarent. quod inceptum eorum ubi ad Decium consulem perlatum est, ad urbem ex Etruria magnis itineribus pergit
11 et in agro Pupiniensi ad famam intentus hostium consedit. nec Romae spernebatur Umbrorum bellum, et ipsae minae metum fecerant expertis Gallica clade, quam intutam urbem incolerent.
12 itaque legati ad Fabium consulem missi sunt, ut, si quid laxamenti a bello Samnitium esset, in Umbriam propere exercitum duceret.
13 dicto paruit consul, magnisque itineribus ad Mevaniam, ubi tum
14 copiae Umbrorum erant, perrexit. repens adventus consulis, quem procul Umbria in Samnio bello alio occupatum crediderant, ita exterruit Umbros, ut alii recedendum ad urbes munitas, qui-
15 dam omittendum bellum censerent; plaga una — Materinam

pet., c. 40, 20. — *ac* — *quidem*, s. 27, 18, 4; 32, 35, 3, wie sonst *et* — *quidem*. *de eo* wie *mittere de*, 2, 18, 9; *concedere de*, 6, 42, 11; *postulare*, *recusare*, *abnuere*, 10, 10, 8, *de* u. a.: das Erbetene erlangen in Betreff u. s. w. — *indutiae*, c. 37, 12. — *stipend.*, c. 43, 6. — *exercitu*, c. 5, 6. — *binae*, 7, 37, 2.

8—9. *tranquill.* etc., den bereits eingegangenen Waffenstillstand. — *Etruscis* = *cum Et. iam essent*, vgl. 8, 13, 2. *Etrus.* gehört wol auch zu *turbavit*. — *defectio*, bis jetzt sind nur die Camertes mit Rom verbunden gewesen, c. 36, 7; 37, 1. — *Umbror.*, den sabinischen Völkern stammverwandt. — *integrae a* wie *liber* construirt, s. 45, 37, 8. — *nisi q.*, 4, 12, 9. — *transit.*, dieses ist vorher nicht erwähnt, Nieb. 1, 511. — *senserat*, s. c. 37, 1. — *post se*, sie umgehen Decius, wol durch Umbrien, während er in Etrurien steht. — *magnifice*, wie 7, 30, 6.

10—13. *Pupiniensi*, 26, 9, 12: *dextrorsus Gabios descendit: inde in Pupiniam exercitu demisso octo milia passuum ab Roma posuit castra*. — *ad famam* ist mit dem regierenden Particip verbunden und so *hostium* von seinem Nomen getrennt, s. 8, 30, 10; 26, 39, 6 u. a., vgl. 6, 23, 4. — *quam int.* etc., indess war damals die Stadt nicht vertheidigt, die Thore nach L. sogar offen, 5, 38, 10. — *Fabium*, warum nicht Decius, ist nicht angegeben. — *laxamenti* etc., wenn er einige Erleichterung habe, abkommen könne, s. 6, 31, 5; 2, 24, 5. — *Mevaniam*, am Fl. Tinea, noch weit von der römischen Grenze.

14—16. *crediderant*, 2, 18, 9. *plaga u.*, ein Canton, wie 31, 2, 6; 33, 37, 1 eine *tribus Sapinia* in Um-

ipsi appellant — non continuit modo ceteros in armis, sed confestim ad certamen egit. castra vallantem Fabium adorti sunt.
quos ubi effusos ruere in munimenta consul vidit, revocatos mi- 16
lites ab opere, prout loci natura tempusque patiebatur, ita instruxit; cohortatusque praedicatione vera qua in Tuscis, qua in Samnio partorum decorum exiguam appendicem Etrusci belli conficere iubet et vocis inpiae poenas expetere, qua se urbem Ro-
manam oppugnaturos minati sunt. haec tanta sunt alacritate 17
militum audita, ut clamor sua sponte ortus loquentem interpellaverit ducem. ante imperium, ante concentum tubarum ac cor-
nuum cursu effuso in hostem feruntur. non tamquam in viros 18
aut armatos incurrunt: mirabilia dictu! signa primo eripi coepta signiferis, deinde ipsi signiferi trahi ad consulem, armatique milites ex acie in aciem transferri, et sicubi est certamen, scutis magis quam gladiis geritur res; umbonibus incussaque ala ster-
nuntur hostes. plus capitur hominum quam caeditur, atque una 19
vox ponere arma iubentium per totam fertur aciem. itaque inter 20
ipsum certamen facta deditio est a primis auctoribus belli. postero insequentibusque diebus et ceteri Umbrorum populi deduntur; Ocriculani sponsione in amicitiam accepti.

brien erwähnt wird. An u. St. müsste, wie *pagus* Caes. G. 1, 12, *plaga* mit Rücksicht auf die Bewohner gesagt sein, s. c. 37, 1: *ora*; 5, 34, 9; 10, 2, 7, während sonst das Wort in seiner localen Bedeutung mehr dichterisch ist und von den Bewohnern nicht gebraucht wird. — *prout — ita*, mehr bei Späteren gewöhnlich, auch L. fügt sonst *ita* nicht hinzu. — *appendic.*, vgl. 30, 40, 3: *parva accessio*; 31, 7, 9. — *vocis, qua*, 24, 22, 9. — *minati s.* geht wieder in die Erzählung über, vgl. c. 25, 5.

17—18. *imperium* (zum Angriff), nach dem sonst erst das Zeichen mit den Blasinstrumenten gegeben wird. — *concentum*, Veget. 2, 22: *quotiens pugnaturi* (sunt milites) *et tubicines et cornicines pariter canunt.* — *mirabilia d.*, s. c. 29, 10; 7, 26, 5, im Plural in Beziehung auf die folg. fabelhaften Erscheinungen; ein Ausruf der Verwunderung; ähnlich *rem incredibilem* 4, 17, 4; die Bezeichnung des Gegensatzes war dabei nicht nöthig. — *ex acie*, aus der der Umbrer in die römische. — *umbonib.*, vgl. Curt. 3, 25, 6: *vix gladio futurum opus, totam aciem — umbonibus posse propelli*, vgl. 34, 46, 10. — *ala*, vgl. *ax-illa*. — *sternunt.*, wie oft = *prosternuntur*.

19—20. *iubentium*, n. *Umbrorum*. — *deditio*, nach dieser mussten die dediticii erwarten, welches Verhältniss die Römer ihnen anweisen würden, 6, 3, 3; während dieses durch die sponsio sogleich festgestellt zu sein scheint. Die sponsio, s. c. 5, 2, wird hier als ein schon an sich verpflichtender, nicht erst ein foedus vorbereitender Vertrag betrachtet, den der Consul wahrscheinlich im Auftrage des Senates schloss, s. c. 9, 4, Mommsen Forsch. 1, 337. — *ceteri*, s. 1, 1, 1, die übrigen Umbrer im Gegensatze zu den Ocriculanern im südlichen Theile Umbriens an der Tiber. Die Etrusker § 9 werden nicht wieder erwähnt. — *Ocricul.*, s. 25, 14, 14.

42 Fabius, alienae sortis victor belli, in suam provinciam exer-
2 citum reduxit. itaque ei ob res tam feliciter gestas, sicut priore
anno populus continuaverat consulatum, ita senatus in insequen-
tem annum, quo Ap. Claudius L. Volumnius consules fuerunt,
3 prorogavit maxime Appio adversante imperium. Appium censo-
rem petisse consulatum, comitiaque eius ab L. Furio tribuno
plebis interpellata, donec se censura abdicarit, in quibusdam an-
4 nalibus invenio. creatus consul, cum collegae novum bellum,
Sallentini hostes decernerentur, Romae mansit, ut urbanis ar-
5 tibus opes augeret, quando belli decus penes alios esset. Vo-
lumnium provinciae haud paenituit: multa secunda proelia fecit,
aliquot urbes hostium vi cepit. praedae erat largitor, et benigni-
tatem per se gratam comitate adiuvabat; militemque his artibus
6 fecerat et periculi et laboris avidum. Q. Fabius pro consule ad
urbem Allifas cum Samnitium exercitu signis conlatis confligit.
minime ambigua res fuit: fusi hostes atque in castra conpulsi.
nec castra forent retenta, ni exiguum superfuisset diei; ante no-
ctem tamen sunt circumsessa et nocte custodita, ne quis elabi
7 posset. postero die vixdum luce certa deditio fieri coepta, et
pacti, qui Samnitium forent ut cum singulis vestimentis emitte-
8 rentur: ii omnes sub iugum missi. sociis Samnitium nihil cau-
tum; ad septem milia sub corona veniere. qui se civem Herni-

42. Krieg gegen die Sallentiner und in Samnium. Diod. 20, 80.

2—4. *al. sortis*, die durch das Loos einem Anderen zugefallene *provincia*, Aufgabe. — *vict. belli*, 6, 4, 1. — *senatus*, wie oft, scheint der Senat allein das imperium verlängert zu haben, s. 8, 23, 12; Becker 2, 2, 449. — *App. adv.*: der Senat in Folge des c. 29; 33 und 46 Erwähnten auf Appius erzürnt, giebt ihm keine Gelegenheit Kriegsruhm zu erlangen, § 4. — *censor.*, noch als Censor. Wenn Appius im Laufe des Jahres 442 (nach L.'s Zählung 441), s. c. 29, 6; 33, 4, die Censur angetreten hat, so geht ein lustrum von 5 Jahren nach den Capitol. Fasten, welche ein Jahr einschieben, s. c. 41, 1, erst in diesem Jahre (447) zu Ende. — *interpell.*, durch Intercession. — *abdicarit*, doch haben die Hss. *abdicavit*, s. 10, 26, 11. — *annalib.*, 4, 7, 10. — *creat.*, wol durch seine Partei, s. c. 46, 11. — *novum*, c. 31, 1. — *Sallent.*, an der Ostseite des Tarentinischen Meerbusens, Feinde der mit den Römern verbündeten Lucaner, vgl. 10, 2, 1; Diodor 20, 104. — *urbanis art.*, vgl. 10, 15, 12; ib. 22, 7. — *opes*, c. 46, 11.

6—8. *Allifas*, s. c. 38. Was er gegen die Sallentiner gethan habe ist übergangen, vgl. Diod. 20, 80. — *exiguum*, nur noch ein kleiner Theil, 25, 40, 3: *quorum perexigua pars comparet*, vgl. 3, 56, 4; 36 40, 5 u. a. — *pacti*, vor der Uebergabe hat dieses der römische Feldherr zugetanden, vgl. c. 41, 20; 7, 27, 8. — *singul.*, c. 15, 6. — *sub iug.*, vgl. 10, 36, 19. — *nihil caut.* kein Vorbehalt gemacht, s. 21, 18,

cum dixerat, seorsus in custodia habitus. eos omnes Fabius Ro- 9
mam ad senatum misit; et cum quesitum esset, dilectu an voluntarii pro Samnitibus adversus Romanos bellassent, per Latinos populos custodiendi dantur, iussique eam integram rem novi 10
consules P. Cornelius Arvina Q. Marcius Tremulus — hi enim iam creati erant — ad senatum referre. id aegre passi Hernici; 11
concilium populorum omnium habentibus Anagninis in circo, quem Maritimum vocant, praeter Aletrinatem Ferentinatemque et Verulanum omnes Hernici nominis populo Romano bellum indixerunt.

In Samnio quoque, quia decesserat inde Fabius, novi motus 43
exorti. Calatia et Sora praesidiaque, quae in his Romana erant, expugnata, et in captivorum corpora militum foede saevitum. itaque eo P. Cornelius cum exercitu missus; Marcio novi hostes 2
— iam enim Anagninis Hernicisque aliis bellum iussum erat — decernuntur. primo ita omnia opportuna loca hostes inter con- 3

8, wahrscheinlich war ihnen nicht gestattet worden sich unter Bedingungen, nach einem pactum zu ergeben, da die meisten Bundesgenossen der Römer gewesen waren, wie die Sabeller, Aequer, Herniker; daher wird nach der Strenge des Kriegsrechtes gegen sie verfahren.

9—10. *ad senat*, als Behörde über die Bundesgenossen; dort findet auch die Untersuchung statt (*quaesitum est*). — *dilectu* n. vom Staate angeordnet, s. 6, 6, 4. — *per*, in — herum.

11. *id*, dieses ganze Verfahren. — *Tremulus*, dieser Zuname kommt nur bei diesem Manne vor. — *concilium*, wie bei den Latinern, Samniten u. a. Die Herniker sind nicht mit den Latinern abgefallen, sondern seit 397 a. u., 7, 15, 9, mit den Römern verbündet gewesen, und der Grund ihrer Trennung in dieser Zeit ist nicht abzusehen. — *circo, quem M. v.*, eine sonst nicht bekannte Localität, wie der circus maximus in Rom, der Hain der Ferentina, 1, 50, 1, Schwegler 2, 290, wo die Herniker ihre Landtage halten. — *Aletr.* (*Aletrium*) *Fer.*, s. 4, 51; *Verulan.* (*Verulae*), Mommsen G. d. r. Münzw. 334. Die Städte liegen östlich von Anagnia, mehr im Gebirge. Ausser den genannten werden wenige Städte von einiger Bedeutung erwähnt, doch scheinen die Worte *omnes H. n.* eine grössere Macht der Herniker anzuzeigen. — *omnes H. n.*, vgl. 2, 2, 11; 45, 43, 4; dass die Herniker Staaten bildeten, war nach *populorum omn.* wol nicht nöthig zu wiederholen, doch wird *om. H. n. populi Romano* od. *Romanis* verm. — *nomin.*, s. 7, 7, 4.

43—45. Neue Erhebung der Samniten; Unterwerfung der Herniker und Aequer; Friede mit den Samniten und Sabellern. Diod. 20, 80; 90; 101; Nieb. 3, 298 f.; 305.

1—2. *Calatia*, c. 28. *Sora*, c. 24. Die Samniten, von den neuen Bundesgenossen unterstützt, s. c. 42, dringen wieder gegen Campanien und das Liristhal vor. — *Anagninis*, sie werden so den übrigen Hernikern entgegengestellt, als ob sie eine Hegemonie über dieselben gehabt hätten. — *bellum i.*, den vollständigen Ausdruck s. c. 45, 8: *populus Rom. bellum fieri Aequis iussit*, vgl. 21, 17, 4; allein nach

sulum castra interceperunt, ut pervadere expeditus nuntius non
4 posset, et per aliquot dies incerti rerum omnium suspensique de statu alterius uterque consul ageret, Romamque is metus mana-
5 ret, adeo ut omnes iuniores sacramento adigerentur, atque ad subita rerum duo iusti scriberentur exercitus. ceterum Hernicum bellum nequaquam pro praesenti terrore ac vetusta gentis
6 gloria fuit. nihil usquam dictu dignum ausi, trinis castris intra paucos dies exuti, triginta dierum indutias, ita ut ad senatum Romam legatos mitterent, pacti sunt semestri stipendio frumen-
7 toque et singulis in militem tunicis. ab senatu ad Marcium reiecti, cui senatus consulto permissum de Hernicis erat; isque eam gentem in deditionem accepit. et in Samnio alter consul superior
8 viribus, locis inpeditior erat. omnia itinera obsaepserant hostes saltusque pervios ceperant, ne qua subvehi commeatus possent; neque eos, cum cotidie signa in aciem consul proferret, elicere
9 ad certamen poterat, satisque apparebat neque Samnitem certa-
10 men praesens nec Romanum dilationem belli laturum. adventus Marci, qui Hernicis subactis maturavit collegae venire auxilio,
11 moram certaminis hosti exemit. nam ut qui ne alteri quidem

Auslassung des Infinitivs wird *iubere* = *decernere* und die Betheiligten können im Dative stehen, 10, 12, 3; 42, 33, 4: *bellum senatus Perseo iussisset*; häufiger ohne Dativ, s. 21, 17, 4; 32, 22, 12 u. a.

3—6. *interceperunt*, vgl. 25, 39, 2, Cornelius steht wahrscheinlich als Nachfolger des Fabius in Samnium, und ist hier durch die Herniker abgeschnitten. — *incerti* ungewöhnlich neben *uterq. cons. ageret*, vgl. 1, 41, 1; 16, 48, 5; 9, 21, 3. — *rer. omnium*, 4, 57, 3 u. a. — *adeo* etc., ein Zeichen der Grösse der Gefahr, häufiger werden gegen die Etrusker und Gallier alle iuniores aufgeboten, s. c. 29, 4; 7, 9, 6; 8, 20, 3 u. a. — *subita rer.*, 6, 32, 5; 25, 15, 20; 39, 54, 7. — *ceterum* etc., indess (waren diese Anstrengungen nicht nöthig), denn u. s. w. Die Schwäche der Herniker kann nicht auffallen, da die Anagniner fast allein stehen. — *ita ut*, unter der Bedingung dass. — *semestri stip.* nach Th. Mommsen, die Hdss. haben *bimestri*; vgl. § 21; 8, 2, 4; ib. 36, 11; Dion. 9, 59: *ἀργύριον εἰς ὀψωνιασμὸν ἑξαμήνου*; Marq. 3, 2, 75. — Der Ablat. giebt den Preis an, s. 10, 37, 5; 21, 61, 11 u. a.

7—9. *reiecti*, 5, 22, 1; der Senat, ohne das Volk zu befragen, beauftragt den Consul, s. c. 5, 1, die deditio selbst zu vollziehen, wol ohne Zuziehung von Fetialen, 7, 31; Lange 1, 402. — *de*, s. c. 41, 7. — *et*, in gleicher Weise, bezieht sich nur auf *superior*; im Folg. *locis inped.* vertritt der Chiasmus die Bezeichnung des Gegensatzes, und um Gleichheit des Ausdruckes zu gewinnen ist *erat* auch auf dieses Glied bezogen, st.: *sed locis inpeditioribus agebat* (*quam Marcius*). — *ne qua*, ihr Plan den Consul auszuhungern scheitert an der schnellen Unterwerfung der Herniker. — *latur.*, 7, 4, 2.

11—14. *ut qui*, als solche die, da

exercitui se ad certamen credidissent pares, coniungi utique passi
duos consulares exercitus nihil crederent superesse spei, adve-
nientem inconposito agmine Marcium adgrediuntur. raptim con- 12
latae sarcinae in medium, et, prout tempus patiebatur, instructa
acies. clamor primum in stativa perlatus, dein conspectus procul
pulvis tumultum apud alterum consulem in castris fecit; isque 13
confestim arma capere iussis raptimque eductis in aciem militibus
transversam hostium aciem atque alio certamine occupatam in-
vadit, clamitans summum flagitium fore, si alterum exercitum 14
utriusque victoriae conpotem sinerent fieri nec ad se sui belli
vindicarent decus. qua impetum dederat perrumpit, aciemque 15
per mediam in castra hostium tendit et vacua defensoribus capit
atque incendit. quae ubi flagrantia Marcianus miles conspexit et 16
hostes respexere, tum passim fuga coepta Samnitium fieri; sed
omnia obtinet caedes, nec in ullam partem tutum perfugium est.
iam triginta milibus hostium caesis signum receptui consules de- 17
derant, colligebantque in unum copias in vicem inter se gratan-
tes, cum repente visae procul hostium novae cohortes, quae in
supplementum scriptae fuerant, integravere caedem. in quas nec 18
iussu consulum nec signo accepto victores vadunt, malo tirocinio
inbuendum Samnitem clamitantes. indulgent consules legionum 19
ardori, ut qui probe scirent novum militem hostium inter per-
culsos fuga veteranos ne temptando quidem satis certamini fore.

sie u. s. w. — *credidissent* — *crederent*, s. praef. 7, sind asyndetisch nebeneinandergestellt, s. 7, 2, 9; *coniungi utiq.* ist stärker zu betonen. — *conlatae*, sie bilden ein Quarré um dieselben. — *stativa* n. *Cornelii*, was erst im zweiten Gliede angedeutet ist, wo *in castris* den Begriff von *stativa* wiederholt, weil auch bemerkt werden sollte, was in demselben geschah, während *in stat.* nur die Richtung angiebt. — *transvers.*, c. 40, 12. Doch ist der Hergang nicht klar, da das Lager hinter der Schlachtreihe der Samniten ist (*respexere*), und das Durchbrechen der Linien (§ 15: *aciem per mediam*) den Feind mehr verwirren musste als der Rückblick auf das Lager. — *sui*, der ihnen angewiesene, vgl. c. 42, 1: *alienae sortis*. — *se sui* wie c. 26, 19: *nostra nos* u. ä.

15—19. *qua*, vgl. 4, 39, 2. — *aciem p. mediam*, vgl. c. 37, 11. — *colligebantque*, sie waren schon daran sich von verschiedenen Seiten zusammenzuziehen, nicht, wie man erwarten sollte, die Feinde zu verfolgen. — *gratantes*, 7, 13, 10. — *in vicem*, abwechselnd, steigert mit *inter se* verbunden den Ausdruck für das reciproke Verhältniss: abwechselnd unter einander, und wird dann für *inter se* selbst gebraucht, s. Plin. 17, 24, 239, vgl. L. 8, 24, 7: *mutuo inter se*. — *in supplem. sc.*, s. Nieb. 3, 300. — *nec iussu c.*, c. 41, 17. — *malo tir. inb.*, weil sie eben ausgehoben sind: man müsse sie schlimmes Lehrgeld zahlen lassen. — *inter* — *veteran.*, die also, wie auch § 20: *veteres* zeigt, an dem Kampfe wieder Theil nehmen. —

20 nec eos opinio fefellit: omnes Samnitium copiae, veteres novae-
que, montes proximos fuga capiunt. eo et Romana erigitur acies,
nec quicquam satis tuti loci victis est, et de iugis, quae ceperant,
21 funduntur; iamque una voce omnes pacem petebant. tum trium
mensum frumento imperato et annuo stipendio ac singulis in
22 militem tunicis ad senatum pacis oratores missi. Cornelius in
Samnio relictus; Marcius de Hernicis triumphans in urbem rediit,
statuaque equestris in foro decreta est, quae ante templum Ca-
23 storis posita est. Hernicorum tribus populis, Aletrinati Verulano
Ferentinati, quia maluerunt quam civitatem, suae leges redditae,
conubiumque inter ipsos, quod aliquamdiu soli Hernicorum ha-
24 buerunt, permissum. Anagninis quique arma Romanis intulerant
civitas sine suffragii latione data, concilia conubiaque adempta et
magistratibus praeterquam sacrorum curatione interdictum. —
25 Eodem anno aedes Salutis a. C. Iunio Bubulco censore locata est,

quicq. s. t. loci, s. c. 32, 11; 37, 23, 11.

21—22. *pacis or.*, s. Cic. Legg. 2, 9, 21: *foederum pacis belli — oratores fetiales sunto*, s. 6, 1, 6. — *triumph.*, nach den Fasten *de Anagnineis Herniceisque ann. CDXLVII prid. K. Quint.* — *statua*, s. 8, 13, 9; Plin. 34, 6, 23: *ante aedem Castorum fuit Marci Tremuli equestris togata* (*statua*), *qui Samnites bis devicerat captaque Anagnia populum stipendio liberaverat*; das Letzte würde nicht hinzugefügt sein, wenn nur ein zweimonatlicher Sold, § 6, von den Hernikern gegeben wäre. — *templum C.*, 2, 20, 12.

23. *maluer.*, das Object ist aus dem Nebensatze: *suae leges* zu nehmen, s. 8, 17, 10. — *civitat.*, schon der Gegensatz § 24 zeigt, dass das volle Bürgerrecht gemeint ist, welches aus den 6, 26, 8 angegebenen Gründen ausgeschlagen wird, vgl. c. 45, 7; 23, 20, 2. — *leges redd.*, nicht als ob sie ihnen genommen gewesen wären, sondern: sie wurden ihnen nach den Verhandlungen gelassen; die Selbständigkeit der Staaten, wie sie früher war, anerkannt, s. c. 4, 4; 25, 23, 4; 29, 21, 7; 33, 34, 6; 37, 32, 14 u. a. *inter ipsos*, die 3 Staaten unter sich, nicht mit den übrigen, s. 8, 14, 10. Nach dem Folg. wird es später auch anderen Staaten der H. gestattet.

24. *civitas s. s.*, vgl. 8, 14, 9 und die Stelle aus Festus ib. § 3; Lange 2, 545. — *conub.*, den populis inter se, nicht civibus inter se, s. 8, 14, 10; die 3 erstgenannten Staaten behielten wol auch das Recht sich gemeinsam zu berathen und zu beschliessen. — *et magistr.* etc., die Magistrate blieben dem Namen nach, wie z. B. in Latium die Dictatoren, hatten aber nur noch religiöse Verrichtungen (den gestraften Staaten wird nach der deditio wenigstens ihr Cultus gelassen, s. 7, 31, 4: *delubra*, vgl. Mommsen 1, 346; Marq. 4, 41) zu besorgen. Dadurch wird zugleich angezeigt, dass das Gemeindewesen aufgehoben, das frühere Recht der Stadt genommen und das röm. eingeführt worden ist, welches von einem römischen Präfecten, s. die Stelle aus Fest. zu 8, 19, 12, gehandhabt wird.

25—26. *eodem* etc. Einzelne Notizen aus den Annalisten, wie sie oft, s, c. 44, 16, am Ende des Jahres nachgeholt werden. — *Salutis*,

quam consul bello Samnitium voverat. ab eodem collegaque eius
M. Valerio Maximo viae per agros publica inpensa factae. et 26
cum Carthaginiensibus eodem anno foedus tertio renovatum, le-
gatisque eorum, qui ad id venerant, comiter munera missa.

Dictatorem idem annus habuit P. Cornelium Scipionem cum 44
magistro equitum P. Decio Mure. ab his, propter quae creati 2
erant, comitia consularia habita, quia neuter consulum potuerant
bello abesse. creati consules L. Postumius Ti. Minucius. hos 3
consules Piso Q. Fabio et P. Decio suggerit, biennio exempto,
quo Claudium Volumniumque et Cornelium cum Marcio consules
factos tradidimus. memoriane fugerit in annalibus digerendis, 4
an consulto binos consules, falsos ratus, transcenderit, incer-
tum est.

Eodem anno in campum Stellatem agri Campani Samnitium 5
incursiones factae. itaque ambo consules in Samnium missi

c. 31, 10, der öffentlichen Wohlfahrt, die auch in Kriegsnoth angerufen wird, s. 10, 1; später mit der Hygiea identificirt, 40, 37, 2; Preller 601. — *viae* etc., was Appius im Grossen ausgeführt, thun seine Nachfolger im Kleinen, vgl. 10, 47; 41, 27, 5. — *tertio*, damit übereinstimmend heisst es Periocha 13: *quarto*; bis jetzt hat jedoch L. nur einen Vertrag mit Carthago erwähnt, s. 7, 27; er hat also einen, den ersten oder zweiten, s. zu 7, 38, 2, übergangen, oder er folgt hier einem Annalisten, der vorher zwei Verträge erwähnt hatte, während der 7, 27 benutzte nur einen kannte. Ob die an u. St. von L. eingesehene Quelle den von Polyb. 3, 22 als den ersten bezeichneten Vertrag gleichfalls als den ersten angeführt oder einen zweiten nach 406 geschlossenen erwähnt hatte, lässt sich eben so wenig sicher erkennen, als ob der dritte Vertrag bei L. der zweite des Polybius oder bei diesem ein Vertrag nicht erwähnt sei; doch würde der Artikel eines Uebereinkommens bei Servius Verg. Aen. 4, 628: *ut neque Romani ad litora Carthaginiensium accederent, neque Carthaginienses ad litora Romanorum, — Corsica esset media*, s. c. 30, 4, den damaligen Verhältnissen der Römer sowol als der Karthager, die eben mit Agathocles Friede geschlossen hatten, entsprechen, s. zu 7, 27, 2; Nieb. R. G. 3, 100; Mommsen, 1, 419; Broekker Untersuchungen 123 ff. — *ob id*, n. *foedus renovandum*.

44. 2—4. *Scipion.*, 8, 22; CIL. p. 13. — *neuter*, da Marcius bereits triumphirt hat, sollte man ihn in Rom erwarten. *potuerant*, mit Rücksicht auf *consulum*, 5, 39, 4: *nemo — crederent*; 24, 20, 14; Plaut. Men. 5, 2, 35: *caveres, neuter ad me iretis*; Amph. 5, 1, 19. — *bello ab.*, s. 26, 41, 11. — *Piso*, 1, 55, 8. — *suggerit*, 4, 20, 9 u. a. — *memoria* scheint Abl., *fugio* wie *cedere*, 2, 33, 9; *exire*, 6, 37, 5, construirt zu sein; doch findet sich sonst diese Verbindung nicht, wahrscheinlich ist etwas verdorben. — *consulto*, s. Mommsen Chron. S. 124; Broecker S. 128 f.

5—7. *Stellatem*, s. Diodor. 20, 90: *Φαλεϱνῖτιν*, eine von röm. Bürgern bewohnte Landschaft, s. c. 20, 6. — *agri C.*, 8, 11, 13: *qui populi Campani fuerat*; zur Construct.

6 cum diversas regiones, Tifernum Postumius, Bovianum Minucius
7 petisset, Postumi prius ductu ad Tifernum pugnatum. alii haud
dubie Samnites victos ac viginti milia hominum capta tradunt,
8 alii Marte aequo discessum, et Postumium, metum simulantem,
nocturno itinere clam in montes copias abduxisse, hostes secutos
9 duo milia inde locis munitis et ipsos consedisse. consul ut sta-
tiva tuta copiosaque — et ita erant — petisse videretur, post-
quam et munimentis castra firmavit et omni apparatu rerum uti-
10 lium instruxit, relicto firmo praesidio de vigilia tertia, qua duci
proxime potest, expeditas legiones ad collegam, et ipsum adversus
11 alios sedentem, ducit. ibi auctore Postumio Minucius cum hosti-
bus signa confert, et cum anceps proelium in multum diei pro-
cessisset, tum Postumius integris legionibus defessam iam aciem
12 hostium inproviso invadit. itaque cum lassitudo ac vulnera fu-
gam quoque praepedissent, occidione occisi hostes, signa unum
13 et viginti capta atque inde ad castra Postumi perrectum. ibi duo
victores exercitus perculsum iam fama hostem adorti fundunt
fugantque; signa militaria sex et viginti capta et imperator Sam-
nitium Statius Gellius multique alii mortales et castra utraque
14 capta. et Bovianum urbs postero die coepta oppugnari brevi
capitur, magnaque gloria rerum gestarum consules triumpharunt.
15 Minucium consulem, cum vulnere gravi relatum in castra, mortuum
quidam auctores sunt, et M. Fulvium in locum eius consulem
suffectum, et ab eo, cum ad exercitum Minucii missus esset,
16 Bovianum captum. — Eo anno Sora Arpinum Cesennia recepta

s. 27, 30, 7: *Chalcidem Euboeae* u. a. — *Tifernum*, zu unterscheiden von zwei gleichnamigen Städten in Umbrien, scheint von Bovianum östlich, am Fl. Tifernus gelegen zu haben, wie *diversas reg.* andeutet; so dass der eine Consul von Westen, der andere von Osten in Samnium eindringt; 10, 14 — *Bovianum*, wegen der grösseren Nähe des ager Stellatis und von Tifernum, welche bei der List des Postumius § 10 ff. vorausgesetzt wird, ist hier an das südliche Bovianum zu denken, welches früher, s. c. 31, 4, entweder nur geplündert, oder nach der Einnahme durch die Römer von den Samniten wieder erobert worden ist.

9—15. *castra* nach *stativa* wie c. 43, 12. — *de. vig t.*, 8, 23, 15, — *qua — potest*, 1, 23, 5. — *et ips. — sedentem*, auch er hatte einem samnit. Heere gegenüber ein Standlager. — *in mult. d.*, c. 39, 8: *ad ultimum laboris* etc. — *Statius*, Vorname; *Gellius*, Vor- und Zuname. — *capta — capta — capitur*, c. 24, 11. — *triumpharunt*, die Triumphalfasten melden diesen Triumph nicht, wol aber den des Fulvius § 15: *de Samnitibus an. CDXLIIX. III. Non. Oct.*, dessen Nachwahl auch die Capitol. Fasten erwähnen.

16. *Sora Arp. C.*, die Samniten können ihre festen Plätze auf röm. Gebiete nicht mehr behaupten. *Sora*, c. 43, 1; *Arpinum*, in der Nähe

ab Samnitibus, Herculis magnum simulacrum in Capitolio positum dedicatumque.

P. Sulpicio Saverrione P. Sempronio Sopho consulibus 45
Samnites, seu finem seu dilationem belli quaerentes, legatos de pace Romam misere. quibus suppliciter agentibus responsum est, nisi saepe bellum parantes pacem petissent Samnites, ora- 2
tione ultro citro habita de pace transigi potuisse: nunc, quando verba vana ad id locorum fuerint, rebus standum esse. P. Sem- 3
pronium consulem cum exercitu brevi in Samnio fore; eum, ad bellum pacemne inclinent animi, falli non posse; conperta omnia senatui relaturum; decedentem ex Samnio consulem legati sequerentur. eo anno cum pacatum Samnium exercitus Romanus 4
benigne praebito commeatu peragrasset, foedus antiquum Samnitibus redditum.

Ad Aequos inde, veteres hostes, ceterum per multos annos 5
sub specie infidae pacis quietos, versa arma Romana, quod incolumi Hernico nomine missitaverant simul cum his Samniti auxilia, et post Hernicos subactos universa prope gens sine dissi- 6
mulatione consilii publici ad hostes desciverat; et postquam icto Romae cum Samnitibus foedere fetiales venerant res repetitum, temptationem aiebant esse, ut terrore incusso belli Romanos se 7

von Sora, gleichfalls am Liris; *Cesennia* ist nicht weiter bekannt, bei Diod. *Σεϱεννία*. — *recepta*, s. 23, 11, 7. — *Herculis*, die Veranlassung lag viell. in der c. 29 berichteten Verletzung des Gottes; sonst werden dem Hercules von siegreichen Feldherrn Bilder gewidmet, s. zu 10, 46, 14; Preller Myth. 654. f. — *magn. sim.*, ein colossales Standbild. — *in Capit.*, Becker 1, 408.

45. 1—4. *Saverrio*, ein Zuname der Sulpicier, der sich nur noch einmal findet. — *Sophus* ein griechischer Name, s. 10, 47, 3; Nieb. R. G. 3, 366. — *suppliciter*, s. c. 20, 2. — *bellum, p.*, sie hätten nur zum Schein Frieden gesucht, was jedoch Liv. kaum einmal erwähnt hat. — *ad id l.*, 22, 38, 12. — *pacatum*, die Samniten leisten keinen Widerstand mehr; doch soll nach den Triumphalfasten Sulpicius *de Samnitibus ann. CDXLIX. IIII. Kal. Nov.* triumphirt haben. — *foedus ant.*, s. 8, 2, 1; ebenso Diod. 20, 101: *Ῥωμαῖοι καὶ Σαυνῖται — πϱὸς ἀλλήλους εἰϱήνην συνέθεντο πολεμήσαντες ἔτη εἴκοσι δύο καὶ μῆνας ἕξ*; nach L. nur 21 Jahre, s. 8, 25, 2. Die Friedensbedingungen, welche sehr mild gewesen zu sein scheinen, sind übergangen, vgl. 10, 16, 5; ib. 11, 12; Nieb. 3, 304.

5—9. *sub specie*, s. 36, 7, 12; 44, 24, 4; Curt. 10, 21, 21: *sub tutelae specie*, gewöhnlicher ist *specie* oder *per speciem*; schon lange war ihr Abfall erwartet worden, s. § 10; jetzt erheben sie sich, nachdem die Samniten bereits Frieden geschlossen haben. — *missitav.*, s. Sall. I. 38, 1; sonst ist das W. selten. — *tempt.* — *ut*, die Römer versuchten, ob sie bewirken, erreichen können, dass u. s. w. Die Aequer fürchten, dass sie genöthigt werden die civitas sine suffragio anzunehmen, *Ro-*

fieri paterentur, quod quanto opere optandum foret, Hernicos
docuisse, cum, quibus licuerit, suas leges Romanae civitati prae-
8 optaverint; quibus legendi, quid mallent, copia non fuerit, pro
poena necessariam civitatem fore. ob haec vulgo in conciliis
9 iactata populus Romanus bellum fieri Aequis iussit; consulesque
ambo ad novum profecti bellum quattuor milia a castris hostium
10 consederunt. Aequorum exercitus, ut qui suo nomine permultos
annos inbelles egissent, tumultuario similis, sine ducibus certis,
11 sine imperio, trepidare. alii exeundum in aciem, alii castra tu-
enda censent; movet plerosque vastatio futura agrorum ac dein-
12 ceps cum levibus praesidiis urbium relictarum excidia: itaque
postquam inter multas sententias una, quae omissa cura commu-
nium ad respectum suarum quemque rerum verteret, est audita,
13 ut prima vigilia diversi e castris ad deportanda omnia tuendasque
moenibus [in] urbes abirent, cuncti eam sententiam ingenti ad-

manos fieri, s. 8, 17, 12. — *quod — praeopt.*, auf die Verschiedenheit der einzelnen Staaten der Herniker angebotenen civitas von der, welche die Anagniner anzunehmen gezwungen wurden, wird keine Rücksicht genommen. — *quibus leg. — fore*, es sind die c. 43, 24 erwähnten Anagniner; die Redenden setzen voraus, dass dieselben, da das Verhältniss noch neu ist, das Drückende ihrer Lage erst noch empfinden werden; obgleich es ihnen wol schon vorher längst bekannt gewesen war. — *leg. — copia non f.*, sie haben also gezwungen die *civitas sine suffragio* angenommen. Auch Cic. Balb. 13, 31: *itaque et ex Latio multi — et ex ceteris regionibus gentes universae in civitatem sunt receptae, ut Sabinorum, Volscorum, Hernicorum: quibus ex civitatibus nec coacti essent civitate mutari, si qui noluissent, nec, si quiessent civitatem nostram beneficio p. R. consecuti, violatum foedus eorum videretur*, beschränkt die freie Wahl der civitas auf die Staaten, die noch durch ein foedus mit Rom verbunden waren, nicht dieses, wie ein Theil der Herniker, und wol auch die Aequer, gebrochen hatten. Uebrigens ist *poena* sehr bezeichnend, um so mehr da L. sonst die civitas gewöhnlich als ein vortheilhaftes Verhältniss betrachtet; über *legendi* = *eligendi* s. c. 39, 5; 6, 40, 10 u. a. — *conciliis*, die vorhergeh. Aeusserungen beziehen sich auf das ganze Volk, und es werden dabei Versammlungen von Abgeordneten der einzelnen Staaten vorausgesetzt, weshalb *consiliis*, weniger passend ist. — *pop. R.*, Lange 2, 514.

10—13. *suo nom.*, die Aeq. haben lange Zeit als selbstständiger Staat, für sich, keinen Krieg geführt, s. 31, 28, 2, wenn auch Einzelne als Freiwillige bei anderen Völkern dienten, s. § 5: *infidae.* — *permult. a.*, seit 366, s. 6, 4, 8. — *egissent*, hingebracht, verlebt, s. 10, 1, 4. — *exeundum* u. *e castris.* — *cum — relictar.* über die Wortstellung s. 6, 23, 4. — *communium*, s. 3, 68, 3. — *verteret* (nach Madvig *vertit*), *est* statt des hds. *vertisset*, weil dieses eine passende Erklärung nicht zulässt und *est* nicht wohl vermisst werden kann. — *ut prima* ist das, was nach der einen Ansicht geschehen soll; der Nachsatz beginnt mit *cuncti.* — *tuendasque* liesse sich, wenn *in* nicht entfernt wird, nur

sensu accepere. palatis hostibus per agros prima luce Romani 14 signis prolatis in acie consistunt et, ubi nemo obvius ibat, pleno gradu ad castra hostium tendunt. ceterum postquam ibi neque 15 stationes pro portis nec quemquam in vallo nec fremitum consuetum castrorum animadverterunt, insolito silentio moti metu insidiarum subsistunt. transgressi deinde vallum cum deserta 16 omnia invenissent, pergunt hostem vestigiis sequi. sed vestigia in omnes aeque ferentia partes, ut in dilapsis passim, primo errorem faciebant; post per exploratores conpertis hostium consiliis 17 ad singulas urbes circumferendo bello unum et triginta oppida intra dies quinquaginta omnia oppugnando ceperunt, quorum pleraque diruta atque incensa, nomenque Aequorum prope ad internecionem deletum. de Aequis triumphatum; exemploque 18 eorum clades fuit, ut Marrucini Marsi Paeligni Frentrani mitterent Romam oratores pacis petendae amicitiaeque. his populis foedus petentibus datum.

Eodem anno Cn. Flavius Cn. filius scriba, patre libertino hu- **46**

durch eine harte Brachyologie: *deportanda in urbes tuendasque urbes* erklären; einfacher ist 1, 6, 1: *in arcem praesidio obtinendam.* — *pleno gr.*, 4, 32, 10.

16—17. *vestigiis*, ohne *in*, als adverbielle Bestimmung, 6, 32, 10 u. a., s. c. 46, 4. — *ferentia*, 1, 7, 6.— *post* Adverb. wie 45, 13, 2, vgl. 8, 8, 13. — *diruta* etc., sie werden als devicti behandelt, vgl. 4, 34, 3. — *ad internec.*, wie c. 25; s. jedoch 10, 1, 8; ib. 9, 7 u. Diod, 20, 101; *ἀναγκάσας πᾶν τὸ ἔθνος (τῶν Αἴκλων) ὑποτάσσεσθαι Ῥωμαίοις ἐπανῆλθε (Σεμπρώνιος) καὶ θρίαμβον κατήγαγεν ἐπαινούμενον.*

18. *exemplo* — *f.*, es diente zur Warnung, so dass. — *Marrucini* etc., s, c. 41, 4. Richtiger wol sagt Diod. 20, 101; *ὁ δὲ δῆμος ὁ Ῥωμαίων πρός τε Μαρσους καὶ Πελιγνούς, ἔτι δὲ Μαρρουκίνοις συμμαχίαν ἐποιήσατο.* Die Frentaner stehen den Samniten näher, s. zu 7, 31, 11; Mommsen Unterit. Dial. 329; 309. — *orator.*, c. 43, 21. — *pacis pet.*, genit. qualit. zu *oratores*, der aber durch die Verbalform *petendae* unterstützt den Zweck bezeichnet: Sprecher für den zu erbittenden u. s. w., s. 8, 6, 11; 9, 9, 19; Caes. B. G. 4, 17, 10; Sall. H. 1, 51 (48) 3; 6.

46. Cn. Flavius, die Censur des Q. Fabius u. P. Decius. Plin. 33, 1, 17; Cic. Att. 6, 1, 8; Gell. 7 (6) 9 u. a.

1. *Cn. fil.* Der Name steht nicht sicher, da Flavius bei Anderen *Anni* (oder *Anci*) *fil.* heisst, und in einer früheren Hds. des L. wahrscheinlich so undeutlich geschrieben war, dass er in mehreren der vorhandenen Hdss. ganz fehlt, in anderen dafür *signum*, nur in einigen *Cn.* steht, Mommsen Forsch. 1, 98. — *scriba*, er war früher Secretär des App. Claudius, jetzt ist er scriba aedilicius, eine Stellung, die nicht für unehrenhaft galt, da die *scribae* einen besonderen *ordo* bildeten, und als Gehülfen der Magistrate mit diesen in vielfacher Beziehung standen, vgl. 23, 19, 17; Plin. 26, 1, 3; Becker 2, 2, 373. — *patre lib.*, wahrscheinlich hat L., wie Diod. 20, 36, geglaubt, des Flavius Vater sei selbst

mili fortuna ortus, ceterum callidus vir et facundus, aedilis curu-
2 lis fuit. invenio in quibusdam annalibus, cum appareret aedilibus, fierique se pro tribu aedilem videret neque accipi nomen, quia scriptum faceret, tabulam posuisse et iurasse se scriptum non
3 facturum; quem aliquanto ante desisse scriptum facere arguit Macer Licinius tribunatu ante gesto triumviratibusque, nocturno al-
4 tero, altero coloniae deducendae. ceterum, id quod haud discre-

früher Sclav gewesen, s. dagegen Suet. Claud. 24: *ignarus* (*Claudius*) *temporibus Appii et deinceps aliquamdiu libertinos dictos non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos*; aber auch dass ein solcher ein Staatsamt erhielt, war etwas Unerhörtes, s. § 10; 6, 40, 6; Tac. Ann. 11, 24; Appian B. C 1, 33; zu Horat. Sat. 1, 6, 38. — *aedil. cur.*, die nach dem Folg. in Tributcomitien gewählt werden.

2. *quibusdam*, so schon Piso bei Gellius l. l., vgl. c. 44, 3. — *appareret*, er war apparitor, s. 1, 8, 3; unter den apparitores nahmen die scribae die erste Stelle ein. — *pro tribu* etc., die Tribus wurden wie die Curien, c. 38, 15, gleichzeitig (*uno vocatu*) von dem Vorsitzenden zur Abstimmung berufen, und begaben sich in ihre saepta, s. 10. 13, 11; die in diese Stimmverschläge bestellten Stimmenzähler (*diribitores*) berichteten nach Vollendung der Abstimmung dem Vorsitzenden das Resultat derselben in der einzelnen Tribus, indem sie meldeten, dass *pro tribu*, von der Tribus aus, durch dieselbe, einer gewählt worden sei, d. h die Mehrzahl der Stimmen erhalten habe, dann erst erfolgte die Verkündigung (*renuntiatio*) durch den Magistrat, vgl. Gell. l. l.: *cumque* (*Flavium*) *pro tribu aedilem curulem renuntiaverunt; aedilis, qui comitia habebat, negat accipere*. Der Singular *tribu* scheint gebraucht, weil die Abstimmung jeder einzelnen oder zunächst die der zuerst stimmenden Tribus (*principium*) von dem diribitor besonders gemeldet wurde, vgl. Th. Mommsen die Stadtrechte von Salpensa u. Malaca S. 425 ff.; Lange 2, 420. — *accipi n.*, der vorsitzende Aedil, in dessen Gefolge Flavius als *scriba* war, s. Cic. Cluent. 45, 126, wolle die Stimmen für ihn nicht gelten lassen, s. 27, 6, 5; wie *rationem habere* 7, 22, 8; 8, 15, 9; 10, 15, 11 vgl. 3, 64, 5. — *quia scr. fac.*, Gell. *aedilis — negat accipere, neque sibi placere, qui scriptum faceret, eum aedilem fieri*. — *tabulam*, die Schreibtafel, das Schreibzeug. — *scriptum* von *scriptus*, *us*, bei Gell. *scriptu se abdicasse*: er lege das Schreiber = Notariatamt nieder.

3—4. *arguit*, sucht zu beweisen, dass Flavius, wenn er schon vorher Tribun war, das mit diesem Amte nicht verträgliche Schreibergeschäft schon lange vorher hätte aufgeben müssen. — *Mac. Lic.*, s. c. 38, 16. — *tribunatu*, das Volkstribunat, und es ist kaum zu glauben, dass Macer ein anderes gemeint und etwa gesagt habe, Flavius sei *tribunus aerarii* gewesen. Nach § 10 theilt L. die Ansicht Macers nicht; Plin. l. l. lässt Flav. sogar das Tribunat und die Aedilität zugleich bekleiden, s. Lange 2, 39. — *nocturno*, das Amt der *triumviri nocturni*, welche zu den magistratus minores gehörend, für die Sicherheit der Stadt während der Nacht zu sorgen hatten, s. Becker 2, 2, 361 ff., Zumpt Criminalr. 1, 2, 122, und hier zum ersten Male erwähnt werden. — *discrep.*, 8, 40, 1.

pat, contumacia adversus contemnentes humilitatem suam nobiles
certavit; civile ius, repositum in penetralibus pontificum, evul- 5
gavit fastosque circa forum in albo proposuit, ut, quando lege
agi posset, sciretur; aedem Concordiae in area Vulcani summa 6
invidia nobilium dedicavit; coactusque consensu populi Cornelius
Barbatus pontifex maximus verba praeire, cum more maiorum
negaret nisi consulem aut imperatorem posse templum dedicare.

— *contumacia*: mit kühner Verachtung, indem er ihre vermeintlichen Vorrechte angriff, wie *precibus*, *silentio*, 7, 41, 3: *ioco* u. a. — *nobiles*, nicht blos den Patriciern, sondern auch den vornehmen Plebejern tritt er als Haupt der gemeinen Menge entgegen. Im Folg. werden die Mittel angegeben, deren er sich bedient um den Einfluss der Nobilität zu schwächen.

5. *civile ius* etc., nicht das Recht selbst machte er bekannt, denn dieses stand durch die zwölf Tafeln und andere Gesetze so wie durch das Herkommen fest, sondern er verfasste eine Schrift, die erste der Art, in welcher die Klagformeln, die Worte und Handlungen zusammengestellt waren, in denen eine Sache vor Gericht angebracht werden musste, deren Kenntniss um so nothwendiger war, je leichter das geringste Versehen den Verlust des Prozesses zur Folge haben konnte. Es war eine populäre Darstellung der *legis actiones*, die von Flavius bekannt gemacht, und nach ihm Ius Flavianum genannt wurde. — *repositum* etc., wie früher über das Recht selbst, s. 3, 31, 8, so hatte sich über diese Formeln eine Tradition gebildet, welche zwar allen nobiles zugänglich war, besonders aber von den Priestern, s. 6, 1, 10, da das Privatrecht mit dem ius sacrum in der engsten Verbindung gestanden hatte, bewahrt wurde. — *evulgavit*, nach Plin. l. l. auf Veranlassung des App. Claudius, noch als scriba desselben, vgl. Cic. Or. 1, 41, 186: *expositis a. Cn. Flavio primum actionibus*; Mommsen 1, 474; Rein Privatrecht S. 46. — *fastosq.*, den Calender, in welchem die Tage verzeichnet waren, an denen gerichtliche Verhandlungen vorgenommen werden konnten, welche zu kennen für Rechtsgeschäfte ebenso wichtig war, als die Kenntniss der Formeln, s. 1, 19, 7. — *in albo*, 1, 32, 2. Wahrscheinlich war jedoch der Calender schon ein Theil der zwölf Tafeln und mit diesen aufgestellt gewesen, weshalb glaublicher ist, dass Flavius denselben wie die Formulare in Schriften bekannt gemacht habe, s. Mommsen Chronol, S. 31; 210. — *proposuit*, dieses hätte er erst als Aedil thun, ein höherer Magistrat die Tafel leicht wieder entfernen können; Cic. Att. 1. 1.

6. *aedem C.*, vgl. 6, 42, 12; Plin. l. l.: *Flavius vovit aedem Concordiae, si populo conciliasset ordines*, s. § 14, *et cum ad id pecunia publice non decerneretur, ex multaticia feneratoribus condemnatis aediculam aeream fecit — inciditque in tabella aerea factam eam aedem CCIIII annis post Capitolinam dedicatam; ita CCCCXLVIIII a condita urbe gestum est*, Mommsen Chronol. S. 198. — *area V.*, ein freier Platz über dem Comitium, Becker 1, 287 f. — *invidia* deutet auf die von Plin. bezeichneten Verhältnisse. — *consensu*, 4, 51. 3; selbst der Oberpriester muss sich dem Willen des Volkes fügen. — *Cornelius* der c. 41, 1 genannte, s. CIL. p. 13. — *more maiorum* gehört zu (*non*) *posse dedicare*. — *consulem* etc., dass dieser Grundsatz nicht immer beob-

7 itaque ex auctoritate senatus latum ad populum est, ne quis tem-
plum aramve iniussu senatus aut tribunorum plebei partis maio-
8 ris dedicaret. haud memorabilem rem per se, nisi documentum
9 sit adversus superbiam nobilium plebeiae libertatis, referam. ad
collegam aegrum visendi causa Flavius cum venisset, consensu-
que nobilium adulescentium, qui ibi adsidebant, adsurrectum ei
non esset, curulem adferri sellam eo iussit ac sede honoris sui
10 anxios invidia inimicos spectavit. ceterum Flavium dixerat aedi-
em forensis factio, Ap. Claudii censura vires nacta, qui senatum

achtet worden ist, zeigt 2, 27, 6; ib. 42, 5; 6, 5, 8; s. 23, 30, 13; Marq. 2, 3, 176.

7. *latum — ne quis*, L. will wol sagen, dass damals dieses die Einführung neuer Culte beschränkende Gesetz, s. Marq. 4, 49; Lange 2, 541, gegeben worden sei, und meint wahrscheinlich ein anderes als das von Cic. de domo s. c. 49; 50; *lex Papiria* (nach c. 49, 127: *legem veterem tribuniciam*) *vetat aedes iniussu plebis consecrari* etc. erwähnte. Zwar kann es in der Darstellung L's auffallen, dass das Volk einen dem eben über Flavius gefassten Beschluss zuwiderlaufenden Antrag genehmigt; aber die Interessen der Plebs waren durch die Theilnahme der Tribunen an den Berathungen gewahrt. Ob das Gesetz von den Centurien oder den Tribus genehmigt ist, geht aus L's Worten nicht deutlich hervor. — *partis maioris*, es soll, wenn ein Beschluss der Art gefasst ward, der grössere Theil der Gesammtzahl der Senatoren oder Tribunen (von diesen also wenigstens 6) in der Sitzung anwesend sein, unter denen dann wieder die Majorität entscheidet; *maior pars* ist die gewöhnliche Bezeichnung der Majorität, s. 40, 29, 13; 22, 43, 8; 1, 32, 12 u. a., vgl. 26, 33, 14; die Construct. wie 9, 24, 13; zur Sache Lange 1, 596.

8—9. *per se* u. *quae per se non — sit, nisi* etc.: welche an sich nicht — doch sein dürfte. — *plebeiae*, Plebs im späteren Sinne, da auch unter der Nobilität viele Plebejer waren, s. § 4. — *libertat.*, vgl. § 4: *contumacia*; Cic. Tusc. 1, 29: *libera contumacia*. — *collega*, s. Plin. l. l.: *Q. Anicius Praenestinus, qui paucis ante annis hostis fuisset*. — *adsideb.* 21, 53, 6. — *adsurrect.*, dieses verlangte die Sitte und die Ehrfurcht vor dem Magistrate. Zum Ausdrucke s. Cic. Inv. 1, 30, 48: *ut maioribus natu adsurgatur*. — *sede h.*, auf demselben, s. 1, 34, 8: *carpento sedenti*. Genauer Piso: *sellam curulem — in limine posuit, ne quis illorum exire posset*. — *anxios*, 2, 7, 7.

10. *ceterum* etc. geht nach der Unterbrechung auf § 1 zurück. — *forensis f.*, dann *turba forensis*; *humiles*, *humillimi*, die Besitzlosen (*opifices*, *sellularii*, *libertini*, s. 8, 20, 4; 10, 21, 4) welche bis jetzt von den 5 Classen ausgeschlossen als proletarii und capite censi der letzten Centurie, 1, 43, 8, angehört und wahrscheinlich auch in den Tribus keine Stelle gehabt hatten, da sie wohl meist ohne Grundbesitz waren, s. Mommsen 1, 310 f. Jetzt haben sie durch Appius die Erlaubniss erhalten, sich in jede beliebige Tribus aufnehmen zu lassen: *per tribus — divisis*; Diod. 20, 36: ἔδωκε τοῖς πολίταις τὴν ἐξουσίαν ὅποι προαιροῖντο τιμήσασθαι; also eine gänzliche Umgestaltung aller Tribus. Dadurch konnten sie, da die Armen schon damals nach Rom strömten, und die Zahl der Freigelassenen

primus libertinorum filiis lectis inquinaverat et, posteaquam eam 11
lectionem nemo ratam habuit, nec in curia adeptus erat, quas petierat opes urbanas, humilibus per omnes tribus divisis forum
et campum corrupit. tantumque Flavii comitia indignitatis ha- 12
buerunt, ut plerique nobilium anulos aureos et phaleras deponerent. ex eo tempore in duas partes discessit civitas: aliud integer 13
populus, fautor et cultor bonorum, aliud forensis factio tenebat,

nicht gering war, das Uebergewicht über die Grundbesitzer erlangen (*vires nacta*), und also auch Wahlen wie die des Flavius durchsetzen, s. Marquardt 2, 3, 46, ff.; Lange 2, 69 ff. — *primus* etc., erst lange nachher, zur Zeit der Bürgerkriege, ist es wieder geschehen, s. Becker 2, 2, 391; Lange 1, 380; 512. — *libertin.* ist wie § 1 zu nehmen, da schon für den Ritterstand nach Plin. 33, 2, 32 als Regel galt, dass der Aufzunehmende *ingenuus ipse, patre, avo paterno* sein müsse. Doch hätte sich Appius scheinbar, s. Puchta 1, 207, darauf, dass nach der lex Ovin., s. 4, 8, 2, *ex omni ordine* die Besten gewählt werden sollten, die Ausschliessung der libertini durch kein Gesetz bestimmt war, berufen können.

11. *posteaq.*, 23, 29, 17. — *nemo — hab.*, s. c. 30, 2. Nachdem es Appius misslungen ist, den Senat von sich abhängig zu machen, sucht er sich auf die niederen Volksklassen zu stützen, s. zu c. 33, 5, indem er den bisher immer festgehaltenen Grundsatz, dass das Stimmrecht von dem Grundbesitze abhängig sein müsse, wankend machte. Da die humiles, die er dadurch zu gewinnen suchte, wol meist in der Stadt wohnten, s. § 10, so konnte der Einfluss, den er durch dieselben gewann, auch *opes urbanae*, vgl. c. 42, 4, genannt und nach *in curia* noch erwähnt werden; so dass es nicht nothwendig scheint mit Gron. *urbanis hum.* zu lesen. Es schwebte L. der Gedanke vor: *opes urbanas, quas in curia non adeptus erat, humillimis per tribus divisis sibi comparare studuit* vgl. Dio l. l. *ὁρῶν τεθησαυρισμένον κατ᾽ αὐτοῦ παρὰ τοῖς ἐπιφανεστάτοις τὸν φθόνον, ἐξέκλινε τὸ προσκόπτειν τισὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν, ἀντίταγμα κατασκευάζων τῇ τῶν εὐγενῶν ἀλλοτριότητι τὴν παρὰ τῶν πολλῶν εὔνοιαν*; Becker 2, 1, 194. — *forum* die Tribut-, *campum* (*Martium*) die Centuriatcomitien, denn wer einmal in eine Tribus eingeschrieben war, erhielt seinem Vermögen entsprechend auch in den Centurien eine Stimme, s. Marquardt 2, 3, 32; Ihne 1, 367.

12. *tantumque*, und so, da eine solche Wahl und auf eine solche Weise durchgesetzt war u. s. w. — *Flavii*, in denen er war gewählt worden. — *anulos a.*, die Senatoren, s. c. 7, 9; *phaleras* die Ritter, s. Plin. l. l. Die phalerae waren in edlem Metalle gearbeitete Schildchen, mit denen das Riemenzeug der Pferde geschmückt wurde, 22, 52, 5, dann auch, wie a. u. St., Verzierungen, welche die Ritter als *dona militaria* erhielten und an Riemen befestigt über dem Panzer trugen.

13. *ex eo temp.* ist wohl nicht allein auf die Zeit der Wahl des Flavius zu beschränken, sondern von der Zeit überhaupt zu verstehen, in welcher seit Appius Censur die factio forensis mächtig geworden war, was sich am deutlichsten in jener Wahl gezeigt hatte. Die Worte bilden den Uebergang zum Folg. und sind auf keinen Fall mit Nieb. 3 374 nach § 3 zu stellen. — *tenebat*, hielt Anderes fest, verfolgte andere

14 donec Q. Fabius et P. Decius censores facti, et Fabius simul concordiae causa, simul ne humillimorum in manu comitia essent, omnem forensem turbam excretam in quattuor tribus coniecit,
15 urbanasque eas appellavit. adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret. ab eodem institutum dicitur, ut equites idibus Quinctilibus transveherentur.

Zwecke, viell. ist mit Anderen *tendebat* zu lesen. — *integer* — *bonor.*, der unverdorbene Theil des Volkes, die Begüterten, Conservativen (*boni* oft bei Cicero), die deshalb die Stütze der Nobilität sind, während die *factio forensis* auf die Seite der *populares*, wie Appius und Flavius, steht, vgl. c. 33, 5: *optimo cuique*; Tac. H. 1, 4: *pars populi integra — plebs sordida.*

fuit, civitatem nostram magnae parti vostrum dedimus commu-
nicavimusque vobiscum. itaque communem vos hanc cladem, 10
quae accepta est, credere, Campani, oportet, communem pa-
triam tuendam arbitrari esse. non cum Samnite aut Etrusco res 11
est, ut, quod a nobis ablatum sit, in Italia tamen imperium ma-
neat: Poenus hostis, ne Africae quidem indigena, ab ultimis ter-

ein *aequum foedus* nicht erwarten konntet, vgl. 7, 31, 4: *quidquid deinde patiemur, deditícii vestri passuri;* es ist wol die freiwillige deditio, 7, 31, nicht die 8, 11, 12 gemeint. Was den dediticiis an Rechten und Besitz bleiben soll, bestimmen die Sieger, die auch günstige Bedingungen gewähren können, 8, 14, 9; 37, 32, 9; 14 u. a. — *vestras leg.* ist die Lesart der besten Hss. und sowohl dem Tone der Rede, als dem vorher erwähnten *aequom foedus* entsprechend, wie dieses ein Ausdruck für die Souveränität, s. 9, 4, 4: *suis inde legibus Romanum ac Samnitem aequo foedere victurum*, 30, 37, 2; 33, 32, 5 u. a. Den factischen Verhältnissen würde vielleicht, da nach 9, 20, 5 das campanische Recht nach dem röm. wenigstens revidirt ist, mehr *nostras* entsprechen, vgl. c. 4, 3; 39, 37, 6, und dazu *dedimus*, s. zu 3, 31, 8, passen, während zu *vestras l.* aus *dedimus* zu denken ist *reddidimus*, vgl. 9, 43, 23. — *ad extr.*, 9, 8, 15. — *maxim.*, Becker 2, 1, 95. — *civ. n. m. p.* etc., die Worte sind in Bezug auf Sache und Ausdruck nicht klar, da nach 8, 14, 10 alle Campaner die civitas (sine suffragio) erhalten haben und 26, 33, 10, ib. 34, 6 als *cives Romani* behandelt, auch von Pol. 1, 6, 8 *'Ρωμαῖοι* genannt werden. Wenn daher L. *parti* sagt, so hat er viell. an die Ritter gedacht, 8, 11, 16, oder *civitas* von dem vollen Bürgerrechte verstanden wissen wollen, da aber dieses die Ritter als solche nicht hatten, s. c. 31, 10; 10, 26 u. 29, so ist die Nachricht wol ebenso wenig sicher als die über das *aequum foedus* § 9, vgl. Mommsen G. d. r. Mzw. 334; 340. — *communicav. vobiscum* schliesst sich nicht passend an das Vorhergeh. an, da bei *vobiscum* nur an alle Campaner gedacht werden kann, die dadurch die civitas nicht erhalten, dass ein Theil sie erhält. Bei der Erklärung: während ein Theil das röm. Bürgerrecht selbst empfangen hat, ist allen zugleich der wesentlichste Theil desselben (das Recht, wenn sie wollen, das röm. Bürgerrecht zu erlangen) mitgetheilt (Rubino), oder das isopolitische Recht, Nieb. R. G. 2, 76, Allen ertheilt (Kuhn), müsste es wenigstens heissen *vobiscum omnibus.* Eher ist viell., wenn nicht blos ein ungenauer Ausdruck vorliegt, *vobiscum conubium*, s. zu c. 4, 7, oder *vob. rem publicam* zu lesen, wodurch der Gedanke *itaque communem* etc., dass die Campaner und Römer ein gemeinsames Vaterland haben, vorbereitet würde. Uebrigens ist zu beachten, dass die *civitas* a. u. St. ausdrücklich von dem *aequom foedus* und *suae leges* geschieden, und als eine besondere Vergünstigung betrachtet wird, vgl. Voigt das ius gentium 318.

11—13. Die zu fürchtende Herrschaft der Punier muss die Campaner bewegen zu Rom zu halten. — *indigena*, die Herrschaft wird an ein Volk kommen, das sich auch in Africa eingedrängt hat, wodurch das Unwürdige noch gesteigert wird;

rarum oris, freto Oceani Herculisque columnis, expertem omnis iuris et condicionis et linguae prope humanae militem trahit.
12 hunc natura et moribus inmitem ferumque insuper dux ipse efferavit pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciendis, et, quod proloqui etiam piget, vesci corporibus humanis
13 docendo. his infandis pastos epulis, quos contingere etiam nefas sit, videre atque habere dominos et ex Africa et a Carthagine iura petere et Italiam Numidarum ac Maurorum pati provinciam
14 esse, cui non, genito modo in Italia, detestabile sit? pulchrum erit, Campani, prolapsum clade Romanum imperium vestra fide,
15 vestris viribus retentum ac recuperatum esse. triginta milia pe-

das Zweite ist die Rohheit der Soldaten, das Dritte die noch grössere des Anführers; durch *ne Afr. q. indigena* wird der Gegensatz zu *in Italia* stärker, als wenn *indigenam* gelesen wird. Zur Sache vgl. 34, 62, 11: *quem proprium agrum Carthaginiensium in Africa esse? advenis quantum secto bovis tergo amplecti potuerint, tantum — datum.* — *freto* n. Gaditano. — *expert. iur.*, nicht das Recht, die Grundlage des Staates, *condicionis*, nicht menschliche Verhältnisse überhaupt, nicht einmal die Sprache kennen sie; eine Gradation. — *humanae* gehört zu den drei vorhergehenden Substantiven. — *trahit*, s. 9, 19, 5; *Poenus* ist Hannibal, der sein Volk vertritt. — *pontibus* etc.: ähnliche Uebertreibungen s. App. Hann. 28: Lib. 63: *τοὺς δ' αἰχμαλώτους ἡμῶν τοὺς μὲν ἐς τάφρους καὶ ποταμοὺς εμβαλόντες ὡς γεφύραις ἐπέβαινον;* Flor. 1, 22, 18: *pons de cadaveribus iussu ducis factus in torrente Vergello.* Val. Max. 9, 2, Extern. 2; Diod. 26, 23; vgl. unten c. 15, 4. — *vesci* etc., nach Pol. 9, 24 hat Hannibal Monomachus dieses zu thun gerathen, Hannibal es zurückgewiesen. L. hat beide Nachrichten als nicht beglaubigt übergangen und sie nur dem übertreibenden Varro in den Mund gelegt. — *et a Carth.* steigernd: und noch dazu. — *iura pet.*, euch das Recht vorschreiben lassen, c. 10, 2; 30, 32, 2, wie es die Römer den unterworfenen Völkern thaten, daher ist *provinciam* im Folg. ein paralleler Ausdruck, um die gänzliche Unterwerfung und Abhängigkeit von den Puniern zu bezeichnen. — *genito m.*, wenn er auch nichts weiter als nur in Ital. geboren ist, s. 6, 40, 6, nicht einem bedeutenden Staate angehört; s. Sil. It. 11, 180 ff. Der Dativ wie bei *intolerandus*, 24, 5, 11; *ferox*, 7, 40, 8 u. a.

14—15. Es ist für Capua ruhmvoll und möglich Rom aufrecht zu halten. — *pr. clade,* durch eine Niederlage gesunken; zu *Romanum* ist *vestra*, *vestris* der Gegensatz, Andere lesen *Romana* od. *Romanorum*; dieses könnte auf *clade* u. *imperium* bezogen werden, durch jenes würde die Hauptsache, dass gerade die röm. Herrschaft erhalten werden soll, verdunkelt. — *imperium,* dass auch die Campaner dieses zu erlangen beabsichtigen können, s. c. 6, 1; 10, 2, liegt dem Redner ganz fern. Die Forderung ist zwar nach § 5 ganz unpassend, aber wol von L. absichtlich dem Varro zugeschrieben, um seine Verkehrtheit auch in diesen Verhältnissen grell darzustellen. — *triginta m.*, wahrscheinlich will der Redner sagen, dass jetzt sogleich nach der Niederlage, in der gewiss auch viele Cam-

ditum quattuor equitum arbitror ex Campania scribi posse; iam pecuniae adfatim est frumentique. si parem fortunae vestrae fidem habetis, nec Hannibal se vicisse sentiet nec Romani victos esse“.

Ab hac oratione consulis dimissis redeuntibusque domum 6
legatis unus ex iis Vibius Virrius tempus venisse ait, quo Campani non agrum solum ab Romanis quondam per iniuriam ademptum recuperare, sed imperio etiam Italiae potiri possint:
foedus enim cum Hannibale quibus velint legibus facturos; ne- 2
que controversiam fore, quin, cum ipse confecto bello Hannibal victor in Africam decedat exercitumque deportet, Italiae imperium Campanis relinquatur. haec Virrio loquenti adsensi omnes 3
ita renuntiant legationem, uti deletum omnibus videretur nomen Romanum. extemplo plebes ad defectionem ac pars maior se- 4
natus spectare; extracta tamen auctoritatibus seniorum per pau- 5

paner gefallen waren, nicht weniger ausgehoben werden können, da die gesammte Zahl der Waffenfähigen, die den Römern aus den Censuslisten der Campaner als röm. Bürger, s. 26, 34, 4, Mommsen a. a. O. u. R. G. 1, 428, bekannt sein musste, in Capua wol grösser war; wenigstens giebt Pol. 2, 24, 14 mit Ausschluss der bereits ausgehobenen an: *Ῥωμαίων δὲ καὶ Καμπανῶν ἡ πληθὺς πεζῶν μὲν εἰς εἴκοσι καὶ πέντε κατελέχθησαν μυριάδες, ἱππέων δὲ ἐπὶ ταῖς δύο μυριάσιν ἐπῆσαν ἔτι τρεῖς χιλιάδες.* — *quattuor m.*, also mehr als 8, 11, 16 angegeben sind; wahrscheinlich gab es in Capua wie in Rom zwei Classen von Rittern. — *iam*, s. 35, 48, 7: *iam pecuniam* etc.; 42, 12, 9; 29, 3, 14: *iam reges* u. a. — *habetis* — *sentiet*, vgl. 21, 40, 10. — *victos esse*, s. 21, 27, 7; doch konnte *se* n. *sentient* leicht aus dem Vorherg. gedacht werden.

6. 1—3. *ab h. or.* braucht L. gewöhnlich, 22, 40, 4; 28, 19, 9 u. a., *ab* ist daher wol ausgefallen. — *dimiss.* — *unus*, s. 22, 29, 6; 21, 1, 3, vgl. 4, 21, 8. — *tempus* etc., wie 8, 5, 3; auch sonst ist die dort geschilderte Situation der an u. St. in mancher Beziehung ähnlich, s. § 8. — *Vibius* oder *Vivius* findet sich auch sonst als Vorname, s. 25, 14, 4; 27, 15; doch hat a. u. St. die älteste Hds. *ubius* (26, 13, 2 *uiuius*), vgl. Zon. 9, 6 *Ἰούβιός τις Οὐΐριος*, s. c. 8, 5 *Vibellius.* — *Virrius*, wie 26, 13, 2; Sil. It. 11, 65; 93; zur Sache c. 8, 2. — *agrum* etc., 8, 11, 13. — *legib.*, c. 33, 9; 24, 29, 9; c. 7, 1: *condicionibus.* — *controv. f. q.*, 4, 17, 7, vgl. 25, 28, 3 u. a. — *renunt. leg.*, 7, 32, 1; 9, 4, 6. — *nom. Rom*, vgl. 9, 7, 1; Iustin. 5, 6: *tantaque strages fuit, ut Atheniensium deletum non imperium tantum, verum etiam nomen videretur*, s. 1, 10, 3; seltener ist der Genit.: *nom. Romanorum*, 21, 30, 3. — *videretur*: erscheinen musste; was nach der Rede Varros kaum anders kommen konnte.

4—6. *ac pars m.*, als Vertreter der römischen Partei erscheint c. 7 f. nur Decius Magius. — *spectare*, mit *ad* wie c. 16, 2 u. a., sonst auch mit dem blossen Accus., s. 3, 69, 2; 5, 16, 8; 22, 22, 21 u. a.: etwas im Auge haben. — *auctorit.* stärker als *sententiis*, über den Plur. s. 4, 54, 7; 9, 38, 5; 22, 43, 5 u. a. — *seni-*

cos dies est res. postremo vincit sententia plurium, ut idem legati, qui ad consulem Romanum ierant, ad Hannibalem mitte-
6 rentur. quo priusquam iretur certumque defectionis consilium esset, Romam legatos missos a Campanis in quibusdam annalibus invenio postulantes, ut alter consul Campanus fieret, si rem
7 Romanam adiuvari vellent; indignatione orta submoveri a curia iussos esse missumque lictorem, qui ex urbe educeret eos atque
8 eo die manere extra finis Romanos iuberet. quia nimis conpar Latinorum quondam postulatio erat, Coeliusque et alii id haud sine causa praetermiserant scriptores, ponere pro certo sum
7 veritus. Legati ad Hannibalem venerunt pacemque cum eo condicionibus *his* fecerunt, ne quis imperator magistratusve Poenorum ius ullum in civem Campanum haberet, neve civis Campa-
2 nus invitus militaret munusve faceret; ut suae leges, sui magistratus Capuae essent; ut trecentos ex Romanis captivis Poenus

orum, vgl. c. 5, 1. — *in quibusd.*, denen auch Cic. Leg. agr. 2, 35, 95 folgt: *Campani semper superbi bonitate agrorum —: ex hac copia atque omnium rerum affluentia primum illa nata est arrogantia, quae a maioribus nostris alterum Capua consulem postulavit;* Sil. It. 11, 60. — *postulantes*, 21, 6, 2. *adiuv.*, n. *a se.*

7—8. *submoveri* wie 7, 31, 1, vgl. 22, 56, 1. — *manere*, 3, 45, 7. — *conpar*, 1, 9, 5; Zur Sache 8, 5; Sil. It. 13, 268: *nec mihi poscendi vigor afuit, alter ut aequos portaret fasces nostro de nomine consul.* — *quondam* ist nach seiner Stellung attributiv zu nehmen: die einst gestellte, s. 1, 39, 3. — *erat* u. *praetermiserant* stehen in Bezug auf *veritus sum*, als auf den Zeitpunkt, wo L. sich entschloss die Erzählung nicht aufzunehmen, vgl. 35, 40, 2, K. 213 f., und stellen die Thatsache statt der Ansicht Ls' von derselben dar: *quod conpar esse, et — praetermisisse mihi videbantur, veritus sum;* vgl. 21, 5, 3: *movebantur;* Cic. Att. 7, 8, 4: *sin autem ille fureret, vehementer hominem contemnebat* = *significabat se contemnere.* — *Coel.*, die Bemerkung zeigt, welcher Werth Coel. von L. beigelegt wird, vgl. 27, 27, 13, u. hindert nicht anzunehmen, dass im Uebrigen die Schilderung ihm entlehnt ist, s. 22, 30, 8; 21, 38, 7. — *ponere*, 7, 2, 13; 40, 8, 12: *meliora quoque exempla ab altera parte posui;* 1, 3, 2: *quis pro certo affirmet.* — *sum ver.*, Tac. A. 4, 5.

7. 1—2. *condic. his*, c. 33, 9; 2, 13, 4 u. o. — *magistrat.*, ein bürgerlicher Beamter, wie der röm. Präfect, c. 4, 3. — *civ. Camp.*, weil der Staat selbständig wird; aber auch den Römern gegenüber heissen die Einzelnen *cives Campani*, s. 26, 12, 5; ib. 16, 6; 28, 46, 5, weil Capua gewissermassen für sich bestand. Der Ausdruck kann auch die mit Capua verbündeten Städte welche zugleich abgefallen sind, s. 22, 61, 11; Pol. 7, 1, 4: *ἡ Καπύη — συνεπεσπάσατο καὶ τὰς ἄλλας πόλεις*, umfassen. — *munusve*, 7, 19, 5: oder überhaupt eine Dienstleistung, sei es persönlich oder durch Geldmittel, vgl. Dig. 38, 1, 7, 3: *operas donum munus se praestaturum* (der libertus dem patronus). — *suae leg.*, s. c. 5, 9; 24, 1, 13. Die Campaner bedingen sich also

daret Campanis, quos ipsi elegissent, cum quibus equitum Campanorum, qui in Sicilia stipendia facerent, permutatio fieret. haec pacta; illa insuper, quam quae pacta erant, facinora Cam- 3
pani ediderunt: nam praefectos socium civisque Romanos alios, partim aliquo militiae munere occupatos partim privatis negotiis implicitos, plebs repente omnis conprehensos velut custodiae causa balneis includi iussit, ubi fervore atque aestu anima interclusa foedum in modum expirarent.

Ea ne fierent neu legatio mitteretur ad Poenum, summa 4
ope Decius Magius, vir, cui ad summam auctoritatem nihil praeter sanam civium mentem defuit, restiterat. ut vero praesidium 5
mitti ab Hannibale audivit, Pyrrhi superbam dominationem miserabilemque Tarentinorum servitutem exempla referens, primo,

ausser voller Unabhängigkeit auch Militär- und Steuerfreiheit aus, während sie an Rom nur keine Steuern zahlten. — *cum quibus — perm. f.*, wie das Verbum construirt, c. 35, 7. Die Auswechslung selbst scheint nicht erfolgt zu sein, s. c. 31, 10.

3. *illa* weisst im Gegensatze zu *haec* auf das Folg. *nam* etc. hin. — *insuper* ist hier wie ähnliche Begriffe, auch Adverbia z. B. *super*, *praeter*, *extra* u. a., mit *quam* verbunden, vgl. 22, 3, 14; *ad id* 44, 37, 12, K. 349; 356. — *facinora;* die Lesart der besten Hss.: *facinera* scheint zwar nicht ganz ungebräuchlich gewesen zu sein, s. 42, 41, 4, kommt aber sonst bei L. nicht vor, Neue 1, 178, vgl. *pignera* 21, 21, 11. — *nam* etc. enthält das durch *illa* nur Angedeutete, s. Cic. orat. part. 11, 38: *rerum autem bonarum et malarum tria sunt genera: nam aut in animis — esse possunt;* de nat. deor. 2, 55, 138; Verr. 4, 26, 58; Cat. m. 18, 65: *sic se res habet: ut enim* etc., vgl. 22, 45, 6. — *civ. R. alios*, da auch die praefecti gewöhnlich röm. Bürger waren, s. 21, 59, 9; 25, 1, 3; 33, 36, 5; doch sieht man nicht wie praef. sociorum in Capua sind, da dieses seine Legionen stellt; nach 26, 13, 5 steht ein röm. *praesidium* in der Stadt, vielleicht war der Befehlshaber desselben, s. 21, 48, 9, od. nach Mommsen G. d. r. Mzw. 340 der *praefectus iuris*, s. 9, 20, 5, gemeint, von L. aber mit praef. soc. verwechselt — *balneis*, c. 18, 12 *balinea*, s. zu c. 2, 9. — *interclusa*, 40, 16, 1.

4. *Decius* ist wie bei Vell. Pat. 2, 16 Vorname, sonst auch Geschlechtsname. *Magius* (oskisch Maius) mehr Vorname, hier und 24, 19 Geschlechtsname. Die *Magii* waren eins der ersten Geschlechter in Capua, s. Cic. Pis. 11, 24; Sil. It. 11, 177: *ille ego (Magius) — cui nomina liquit ab Iove ducta Capys magno cognatus Iulo*; Ihne 2, 217. — *vir, cui*, 9, 29, 9. *ad auct.* etc., wenn seine Mitbürger nicht von Leidenschaft geblendet gewesen wären, würde er einen entscheidenden Einfluss auf die öffentlichen Angelegenheiten gehabt haben.

5—8. *exempla ref.*, führte als warnende Beispiele an, 1, 52, 4; vgl. 22, 44, 5; K. 153. — *deinde* ist so angefügt, als ob auch das Folg. noch auf *ut — audivit* bezogen werden könnte, während es genau genommen heissen sollte: *deinde, ut receptum praesidium vidit, suasit ut aut* etc.; da jedoch der übergangene Gedanke durch *deinde*

6 ne reciperetur praesidium palam vociferatus est, deinde ut re-
ceptum aut eiceretur, aut, si malum facinus, quod a vetustissi-
mis sociis consanguineisque defecissent, forti ac memorabili fa-
cinore purgare vellent, ut interfecto Punico praesidio restitue-
7 rent Romanis se. haec — nec enim occulta agebantur — cum
relata Hannibali essent, primo misit, qui vocarent Magium ad
sese in castra; deinde, cum is ferociter negasset se iturum, nec
enim Hannibali ius esse in civem Campanum, concitatus ira
Poenus conprehendi hominem vinctumque adtrahi ad sese ius-
8 sit. veritus deinde, ne quid inter vim tumultus atque ex conci-
tatione animorum inconsulti certaminis oreretur, ipse, praemisso
nuntio ad Marium Blossium praetorem Campanum postero die
se Capuae futurum, proficiscitur e castris cum modico praesidio.
9 Marius contione advocata edicit, ut frequentes cum coniugibus
ac liberis obviam irent Hannibali. ab universis id non oboe-
dienter modo sed enixe, favore etiam volgi et studio visendi tot
10 iam victoriis clarum imperatorem, factum est. Decius Magius
nec obviam egressus est, nec, quo timorem aliquem ex con-
scientia significare posset, privato se tenuit: in foro cum filio
clientibusque paucis otiose inambulavit trepidante tota civitate

angedeutet ist, so konnte L. auch den folg. Satz von *vociferatus est* abhängig machen. — *receptum* ist so vorangestellt, als ob *aut eiceretur* — *aut interficeretur* folg. sollte; allein theils um *receptum* nachdrücklicher dem vorhergeh. *ne reciperetur* entgegen zu stellen, theils um *restituerent Rom. se* als ein neues Moment hervorzuheben, hat L. eine andere Wendung des Gedankens gewählt. — *vetustiss.*, 7. 31. — *consang.*, c. 4, 7. — *mal. facin.* — *forti* — *fac.*, da *facinus* vox media ist, kann es die entgegengesetzten Attribute erhalten; *fac. purgare* wie *noxam purgare* u. ä., s. 27, 20, 12. — *occulta*, als etwas Verborgenes, als Geheimniss, erklärt sich aus der Vorliebe Ls' für die Charakterisirung der Sache statt der Handlung, s. praef. 12; Sall. I. 29, 5: *reliqua cum Bestia — secreta transigit;* Andere lesen *occulte.* — *nec en. ius* etc., als ob nicht *negasset* sondern *dixisset* voranginge. — *inter vim*, während er Gewalt brauche. *tumult.* gehört zu *quid.* — *Blossium*, nicht *Blosium*, findet sich auf einer Inschrift und Cic. Leg. ag. 2, 34, 93: *Blossios — ac Iubellios.* — *praetorem* römische Bezeichnung des medix tuticus in Capua, c. 35, 13.

9—10. *edicit*, wie in Rom. — *etiam*, ohne Beziehung auf *non — modo, sed*, fügt zu *edicit* ein neues Motiv: abgesehen von dem Befehle, auch weil u. s. w. *tot iam*, vgl. 8, 33, 4: *ter iam;* 4, 5, 3. — *quo* = *quod eo* gehört zum folg. Satze, s. c. 5, 12: *quod.* — *ex consc.* attributiv, 2, 51, 6: *ex hac clade atrox ira.* — *privato*, L. braucht für locale Verhältnisse sonst *privato* mit *ex* od. *in*, s. 2, 24, 7; 9, 7, 12, aber auch den blossen Abl. nach Prisc. 15, 11, p. 1009: *privato nos tenuissemus*, s. fragm. lib. XIII, nicht das hds. *privatim*, welches sich wol sonst findet, Plaut. Bacch. 2, 3, 80: *id privatim servaretur rectius.* — *clientibus*, es wird ein ähnliches

ad excipiendum Poenum visendumque. Hannibal ingressus ur- 11
bem senatum extemplo postulat, precantibusque inde primori-
bus Campanorum, ne quid eo die seriae rei gereret, diemque ut
ipse adventu suo festum laetus ac libens celebraret, quamquam 12
praeceps ingenio in iram erat, tamen, ne quid in principio ne-
garet, visenda urbe magnam partem diei consumpsit.

Deversatus est apud Ninnios Celeres, Sthenium Pacuvium- 8
que, inclutos nobilitate ac divitiis. eo Pacuvius Calavius, de quo 2
ante dictum est, princeps factionis eius, quae traxerat rem ad
Poenos, filium iuvenem adduxit, abstractum a Deci Magii latere, 3
cum quo ferocissime pro Romana societate adversus Punicum
foedus steterat, nec eum aut inclinata in partem alteram civitas
aut patria maiestas sententia depulerat. huic tum pater iuveni 4
Hannibalem deprecando magis quam purgando placavit, victus-
que patris precibus lacrimisque etiam ad cenam eum cum patre
vocari iussit, cui convivio neminem Campanum praeterquam ho- 5
spites Vibelliumque Tauream, insignem bello virum, adhibiturus

Verhältniss wie in Rom vorausgesetzt, Becker 2, 1, 125. — *trepidante*, die unruhige Eile, im Gegensatze zu *otiose ambulavit*.

11—12. *precantibusque* und *diemque* knüpfen das Folg. nur an, während wir Gegensätze erwarten; s. 27, 42, 5: *minorque*. Sowohl *diem* als *ut ipse* sind durch die Stellung gehoben: er möge selbst, für seine Person, an der Feier des Tages, der durch seine Ankunft ein Festtag geworden sei, theilnehmen, doch konnte leicht *et* nach *ut* ausfallen od. in *ut* verdorben werden. — *seriae r.*, 26, 17, 12; 22, 40, 8. — *laet. ac lib. cel.* der Laut der Worte und die Alliteration deuten auf die Weichlichkeit, ähnlich c. 10, 1: *perblanda ac benigna*. — *quamquam* etc. deutet das nur an, was H. aufschiebt; *ne — negaret*, dass er die Bitten der Campaner erfüllt. *praeceps in*, vgl. 22, 21, 2.

8. 1—3. *Ninnios Cel.:* bei den Brüdern N. C. *Ninnii* Geschlechtsname, *Celeres* Zuname 6, 22, 1. — *Sthenius* (oskisch *Stenis*), bei Plin. 34, 6, 32 u. Festus p. 158 *Sthennius*, sonst auch *Stennius*, und *Pacuvius*, c. 2, 2, Vornamen. — *princeps*, nach 26, 13, 2 ist Virrius, s. c. 6, 1, der Anstifter des Abfalls, vgl. Sil. It. 13, 261. — *traxerat r.*, 24, 2, 8: *plebs ad Romanos rem traheret;* 32, 19, 2. — *latere*, s. 6, 10, 8; ib. 15, 9 u. a.; die Sache ist c. 7 nicht erwähnt. — *nec eum* Uebergang der relativen in die demonstrative Darstellung, hier durch das neu eintretende Subject veranlasst, c. 36, 10, K. 58; 195. — *pro — stet.*, 40, 10, 10. — *maiestas*, wie sonst *potestas*, 4, 45, 8, die auch c. 9, 2: *quaecunq.* etc. dem Vater nicht abgesprochen wird.

4—6. *pater iuv.* sind durch die Zusammenstellung gehoben; aber die dreimalige Wiederholung von *pater* hart, s. c. 1, 3. — *iuveni*, c. 9, 4; 39, 39, 12: *ea vox — ei favorem accendit;* 2, 58, 8. — *victusque*, über den Wechsel der Subjecte s. 21, 1, 4; 41, 25, 6. — *Vibellius*, der volle Name war nach c. 46, 12 *Cerrinus Vibellius Taurea;* aber der Vorname wird, besonders wenn der Zuname beigefügt ist,

6 erat. epulari coeperunt de die, et convivium non ex more Punico
aut militari disciplina esse, sed, ut in civitate atque etiam domo
diti ac luxuriosa, omnibus voluptatium inlecebris instructum.
7 unus nec dominorum invitatione nec ipsius interdum Hannibalis
Calavius filius perpelli ad vinum potuit, ipse valetudinem excu-
sans, patre animi quoque eius haud mirabilem peturbationem
8 causante. solis ferme occasu patrem Calavium ex convivio egres-
sum secutus filius, ubi in secretum — hortus erat posticis aedium
9 partibus — pervenerunt, „consilium“ inquit „adfero, pater, quo
non venia solum peccati, quod defecimus ad Hannibalem, impe-
trari ab Romanis *possit*, sed *ut* in multo maiore dignitate et
10 gratia simus Campani, quam umquam fuimus“. cum mirabun-

bisweilen von den römischen Schriftstellern weggelassen, vgl. 26, 15, 11: *Taurea Vibellius.* Bei L. heisst der Name *Vibellius*, s. c. 6; Periocha 12; bei Val. M. 3, 2, Ext. 1 *T. Iubellius*, ebenso Cicero, s. zu c. 7, 8. — *de die*, ein *tempestivum convivium*, vor der gewöhnlichen Essenszeit ($2^1/_2$ Uhr im Sommer, $1^1/_2$ im Winter) begonnen und bis in die Nacht fortgesetzt, Hor. Od. 1, 1, 20; Marq. 5, 1, 307. — *ex more P.*, die Lebensweise der P. war im Kriege und im Lager streng und hart. — *ut in*, s. c. 35, 18; 22. 5, 1. — *diti*, die hds. Lesart ist *diu*, seit langer Zeit, 22, 8, 5: Ov. Fast. 4, 649: *silva vetus nullaque diu violata securi.* — *voluptat.*, vgl. c. 4, 4; 9, 40, 17.

7. *unus — filius*, durch die Auseinanderstellung sind die Begriffe gehoben. — *dominorum*, die Wirthe, Gell. 13, 11, 5; Non. Marc. p. 281: *dominus appellatur convivii exhibitor; unde et dominia, convivia.* — *invitatione*, 40, 7, 2; Cic. Verr. 1, 26, 66: *fit — invitatio, ut Graeco more biberetur;* Gell. 15, 2, 4; s. Becker Gallus 1, 203. — *interdum*, attributiv, 1, 39, 3. — *Calavius fil.*, wie nachher *Calavius pater;* Cic. Acd. 2, 6, 18: *pater Catulus;* Caes. B. C. 3, 40: *Cn. Pompeius filius.* — *Hannibalis — potuit* ist unsicher; über *ad vinum* s. 37, 7, 12: *in multum vini processerat;* 40, 7, 2: *invitatio benigna — in vinum traxit*, vgl. 33, 48, 6; L. scheint dasselbe gesagt zu haben wie Sil. 11, 309: *mens una inviolata mero, nullisque venenis potando exarmata;* in der hds. Lesart kann auch *provocare (pertrahere, perlicere) ad vinum;* oder *vinum ut potaret; ad potandum* u. A. verdorben sein. — *valetud. exc.*, 6, 22, 7. — *eius*, 22, 22, 8. — *haud mirab.*, in der Gegenwart Hannibals, in Beziehung auf § 3. — *causante*, das W. findet sich schon bei den ältesten Dichtern, seit L. erst, dann bei Späteren in Prosa.

8—10. *in secret.*, an einen abgeschiedenen, geheimen Platz, 22, 22, 10 u. a. — *posticis a. p.*, vgl. 40, 2, 2; 45, 6, 4: *per posticum aedium;* Periocha 89; Becker a. a. O. 2, 191: am Hinterhause, durch eine Mauer von einer Nebengasse getrennt, c. 9, 12; über den Abl. 21, 62, 3. — *impetrari — sed ut in* ist sehr unsicher, da die Hss. *impetravi*, aber *possit* und *ut* nicht haben, *Campani*, 7, 13, 10; 32, 21, 15, im zweiten Gliede nicht passend steht, so dass darin das fehlende Wort verdorben scheint. — *sed* nach *non solum*, s. 1, 10, 1; 3,

dus pater, quidnam id esset consilii, quaereret, toga reiecta ab
humero latus succinctum gladio nudat. „iam ego“, inquit „san-
guine Hannibalis sanciam Romanum foedus. te id prius scire
volui, si forte abesse, dum facinus patratur, malles“. Quae ubi 9
audivit viditque senex, velut si iam agendis, quae audiebat, inter-
esset, amens metu, „per ego te“ inquit, „fili, quaecumque iura 2
liberos iungunt parentibus, precor quaesoque, ne ante oculos
patris facere et pati omnia infanda velis. paucae horae sunt, 3
intra quas iurantes per quidquid deorum est, dextrae dextras
iungentes fidem obstrinximus — ut sacratas fide manus digressi
a conloquio extemplo in eum armaremus? ab hospitali mensa 4

36, 5; 6, 2, 11 u. o. — *reiecta a. h.*, Sil. 11, 320: *toga amota*, er zog den von der rechten Seite über die linke Schulter geworfenen Zipfel der Toga herab, Marq. 5, 2, 165; die Toga wird auch in Capua vorausgesetzt; sie wird bei dem Gastmahle nicht, wie später in Rom, mit *vestes coenatariae* vertauscht, Becker Gall. 3, 158. — *iam ego*, sogleich will ich; das Asyndeton deutet das Gleichzeitige der in *inquit* und *nudat* bezeichneten Handlungen an. — *sang. sanc.*, 21, 19, 9. — *dum par.*, s. 24, 19, 3, vgl. 21, 41, 15; 35, 49, 5.

9. 1—2. *agendis* = *iis dum agerentur*, ohne Andeutung eines Zwekkes, vgl. 10, 39, 7: *consilia omnibus gerendis intererant*; über den freieren Gebrauch des Neutrum s. c. 14, 3. — *per ego te— quaec.*, die Zusammenstellung der Pronomina und die Trennung der Präpos. *per* von ihrem Nomen ist in diesem Falle gewöhnlich; Sil. l. l. 334: *per si quid superest vitae* etc. Curt.; 4, 55, 24: *per ego vos deos patrios;* Ter. Andr. 5, 1, 15: *per ego te deos oro*, vgl. 29, 18, 9. — *iura* ist durch Attraction zu *quaecumque* gezogen, 21, 29, 6; Verg. Aen. 2, 142: *per, si qua est — intemerata fides, oro.* Durch *quaec. iura* sind zunächst die allgemein menschlichen Rechte bezeichnet, da L. den ganzen Vorgang von der sittlichen Seite schildert, s. 8, 3. — *facere — pati*, 2, 12, 10; er sieht die Martern des Sohnes voraus, § 6.

3—4. *paucae* etc., die That wäre ruchlos § 3—4, gefährlich § 5—8, und könnte nur nach Ermordung des Vaters ausgeführt werden. — *intra*, noch im Verlaufe, sie sind noch nicht verflossen, 9, 29, 10. — *quidq. deor.*, 4, 12, 7. — *ut* — *armaremus*, s. 4, 49, 15; 5, 24, 10; nur findet sich an u. St. nicht wie an den erwähnten, ein bestimmtes Fragwort, welches wie in den verwandten Fragen mit *ut*, Cic. Cat. 1, 9, 22: *te ut ulla res frangat;* Planc. 13, 31 u. ä., durch den fragenden Ton ersetzt werden konnte; Madvig liest *vis — armemus*. Der Satz *ut* etc. stellt die Absicht mit dem Ausdruck des Unwillens als eine solche dar, die der bei *fidem obstr.* gehabten ganz entgegen sei: haben wir das gethan, um u. s. w. — *sacrat. f. d.*, vgl. 1, 21, 4: *significantes fidem tutandam sedemque eius etiam in dextris sacratam esse*, durch den Handschlag ist die Rechte *res sacra* (*deis superis*, *Fidei consecrata*) geworden; das dadurch gegebene Versprechen hat eine Weihe (*sanctio*) erhalten; um so weniger darf jene und dadurch dieses verletzt werden, vgl. 29, 24, 3: *neu fas fidem dextras, deos testes — conventorum fallat.* — *hospital.* etc., eine andere Seite der religiösen Verpflichtung,

surgis, ad quam tertius Campanorum adhibitus es ab Hannibale,
— ut eam ipsam mensam cruentares hospitis sanguine? Hanni-
balem pater filio meo potui placare, filium Hannibali non pos-
5 sum? sed sit nihil sancti, non fides, non religio, non pietas;
audeantur infanda, si non perniciem nobis cum scelere ferunt.
6 unus adgressurus es Hannibalem? quid illa turba tot liberorum
servorumque? quid in unum intenti omnium oculi, quid tot
7 dextrae? torpescent in amentia illa? voltum ipsius Hannibalis.
quem armati exercitus sustinere *nequeunt*, quem horret populus
Romanus, tu sustinebis? ut alia auxilia desint, me ipsum ferire
corpus meum opponentem pro corpore Hannibalis sustinebis?
8 atqui per meum pectus petendus ille tibi transfigendusque est.
sed hic te deterreri sine potius quam illic vinci; valeant preces
9 apud te meae, sicut pro te hodie valuerunt". lacrimantem inde
iuvenem cernens medium conplectitur atque osculo haerens non
ante precibus abstitit, quam pervicit, ut gladium poneret fidem-
10 que daret nihil facturum tale. tum iuvenis „ego quidem" inquit

vgl. Tac. Ann. 2, 65: *deos et hospitales mensas obtestans.* — *surgis*, das Präsens ist Ausdruck des Unwillens, das Imperf. auf dasselbe bezogen wäre nicht ohne Beispiel, vgl. 8, 7. 13, *ut me omnes ferrent — spolia porto;* vgl. 28, 31, 4; zu 34, 31, 2; Plaut. Bacch. 2, 3, 57: *sentio, quae res gereretur;* Catull. 101, 2: *advenio — ut donarem;* Cic. Legg. 1, 22, 58; die Beziehung der Absicht als einer wirklichen auf *adhibitus es* würde Niemand in den Sinn kommen; aber um das Verkehrte derselben scharf zu bezeichnen, hat L. in diesem Satze, wie es scheint, dieselbe Form wie in dem vorhergehenden gewählt und *ut — cruentares* mehr in Beziehung zu *ad quam — adhib. es*, wie vorher *ut — sacrat.* zu *quidquid* etc., gesetzt, als auf *surgis* bezogen, vgl. 21, 40, 7: *quia.* — *tertius*, als selbdritter; die Ehre die ihm erwiesen ist. — *eum ips.*, gerade diesen.

5—8. *nihil s.*, 21, 4, 9; die drei ersten Begriffe beziehen sich auf das Verhältniss zu Hannibal; *pietas* auf das zum Vater selbst. — *ferunt*, 24, 38, 8: *non ferendae fraudis causa;* 6, 3, 4. — *quid illa* etc. enthält den Beweis, dass die eben ausgesprochene Annahme nicht stattfinde, anders 5, 5, 4. — *turba*, nach c. 8, 5 übertreibend. — *in ament. i.*, s. 3, 8, 7; bei der Ausführung der sinnlosen That, „dem rasenden Beginnen". — *sustinere nequ.*, 21, 40, 8; Sil. I. 1. 339: *illum, quem non acies — ferre valent, cum frons — igne micat — pertuleris.* Vielleicht schrieb L. nur: *timuere*, *quem*, s. 6, 8, 5; 7, 33, 17, Anapher und Chiasmus dienen dazu den Ausdruck des Affectes zu erhöhen. — *ut*, 22, 25, 2. — *ferire*, s. 22, 38, 4; Periocha 2. — *meum p.*, vgl. 40, 9, 5: *per meum latus tu petaris.* — *atqui*, zu 3, 52, 8. — *sed* bricht ab, wie ἀλλά: um nichts Anderes anzuführen. — *medium*, 8, 24, 14. — *osculo haer.:* er konnte sich nicht losreissen, s. 2, 6, 9: *duabus haerentes hastis;* vgl. 33, 44, 8: *haerere in visceribus.*

9—12. *poneret*, 3, 42, 6. — *tale*, s. 8, 25, 3; 24, 24, 3; 25, 23, 5.

„quam patriae debeo pietatem, exsolvam patri. tuam doleo vicem, cui ter proditae patriae sustinendum est crimen, semel, 11
cum defectionis ab Romanis, iterum, cum pacis cum Hannibale fuisti auctor, tertio hodie, cum restituendae Romanis Capuae mora atque inpedimentum es. tu, patria, ferrum, quo pro te 12
armatus hanc arcem hostium inii, quoniam parens extorquet, recipe“. haec cum dixisset, gladium in publicum trans mace- 13
riam horti abiecit et, quo minus res suspecta esset, se ipse convivio reddidit.

Postero die senatus frequens datus Hannibali. ubi prima **10**
eius oratio perblanda ac benigna fuit, qua gratias egit Campanis, quod amicitiam suam Romanae societati praeposuissent, et inter 2
cetera magnifica promissa pollicitus *est*, brevi caput Italiae omni Capuam fore, iuraque inde cum ceteris populis Romanum etiam petiturum. unum esse exsortem Punicae amicitiae foederisque 3
secum facti, quem neque esse Campanum neque dici debere, Magium Decium; eum postulare ut sibi dedatur, ac se praesente de eo referatur senatusque consultum fiat. omnes in eam sen- 4
tentiam ierunt, quamquam magnae parti et vir indignus ea calamitate et haud parvo initio minui videbatur ius libertatis. egres- 5
sus curia in templo magistratum consedit, conprehendique De-

— *quam* etc., die Liebe zum Vaterlande dem Vater zum Opfer bringen, eigentl.: sie an ihn als eine Schuld bezahlen. — *semel* — *iterum*, 7, 30, 14. — *tertio*, 42, 22, 7. — *cum* — *es*, 7, 32, 13. — *mora*, die Ursache des Verzugs, vgl. Senec. Suas. II. 19: *belli mora concidit Hector*, vgl. c. 4, 7, wozu *impedimentum* als der passendere und stärkere Ausdruck gefügt ist, zur Construct. s. 9, 11, 12: *ambages*; ib. 9, 19. — *arcem h.*, so konnte der Ort, wo Hannibal, der Hort der Punier, sich aufhielt, wol genannt werden. — *recipe*, als etwas, was er zum Dienste des Vaterlandes von diesem empfangen hat. — *in public.*: auf die Strasse, wol mit Beziehung auf *patria recipe*. — *trans. mac.*, s. Plin. Ep. 5, 6, 17: *omnia* (der Garten) *maceria muniuntur*.

10. 1—4. *senatus fr.*, kurz statt: es wurde ihm eine Senatssitzung gewährt, in der die Senatoren (da fast alle seiner Partei angehörten) zahlreich erschienen, und ihm dann von dem Vorsitzenden das Wort gegeben. — *prima*, der Eingang. — *pollicitus est*: das aus freiem Antriebe, *promissa*: das in Folge des Bündnisses gegebene Versprechen. — *caput It.* etc., c. 5, 13; 10, 8, 6. — *Magium*, der Geschlechtsname ist vorangestellt, s. c. 7, 4; 22, 32, 1. — *eum post.* etc., 33, 40, 6; K. 321. — *referatur*, dass der Vorsitzende die Sache zur Berathung vortrage, 3, 39, 2. — *in eam s.*, durch discessio, 22, 56, 1. Der Senat verfügt ohne das Volk zu befragen über die Auslieferung eines Bürgers. — *parvo in.*, um nicht wenig gleich bei dem Beginne. — *ius lib.*, die freie selbständige Verfügung über ihre Angelegenheiten.

5. *templum* wird hier das tribunal genannt, s. 26, 15, 8, wie in

cium Magium atque ante pedes destitutum causam dicere iussit.
6 qui cum manente ferocia animi negaret lege foederis id cogi posse, tum iniectae catenae ducique ante lictorem in castra est
7 iussus. quoad capite aperto est ductus, contionabundus incessit ad circumfusam undique multitudinem vociferans: „habetis libertatem, Campani, quam petistis: foro medio, luce clara, videntibus vobis nulli Campanorum secundus vinctus ad mortem
8 rapior. quid violentius capta Capua fieret? ite obviam Hannibali, exornate urbem diemque adventus eius consecrate, ut hunc
9 triumphum de cive vestro spectetis“. haec vociferanti cum moveri volgus videretur, obvolutum caput est, ociusque rapi extra portam iussus. ita in castra perducitur, extemploque inpositus
10 in navem et Carthaginem missus, ne motu aliquo Capuae ex indignitate rei orto senatum quoque paeniteret dediti principis, et legatione missa ad repetendum eum aut negando rem, quam primum peterent, offendendi sibi novi socii, aut tribuendo ha-
11 bendus Capuae esset seditionis ac turbarum auctor. navem Cyre-

Rom die Rednerbühne, 2, 56, 10; 3, 17, 1; die Rostra 8, 14, 12; die Curie 1, 30; Gell. 14, 7, 7: *in loco per augurem constituto, quod templum appellaretur;* dass das tribunal der Richter inaugurirt gewesen sei, ist sonst nicht bekannt. — *magistratum*, 4, 20, 8; der Plural, weil in Capua ausser dem medix gewiss noch andere Magistrate waren, s. 24, 47, 12, die sich, wie in Rom die höheren richterlichen Magistrate, s. Becker 1, 280, des tribunal bedienten. — *consedit*, c. 3, 7. Hannibal, der, wie der Zusammenhang zeigt, Subject ist, hält das Gericht, *causam dicere iubet*, vgl. 26, 38, 8, nicht ein campanischer Magistrat. — *destitutum*, 2, 12, 8. — *causam d.*, hier von dem Angeklagten, der sich gegen die Anklage vertheidigte. — *id cogi*, zu 4, 26. 3. *posse* ohne *se*, s. § 13; c. 13, 1; vgl. K. 109. — *lictorem*, der Gerichtsdiener, nach römischer Weise genannt, s. c. 12, 8; collectiv, s. 33, 1, 5.

7—10. *ad multit.* ist entweder: nach der Menge zu, oder giebt die Veranlassung an, indem der Ton auf *circumfusam* gelegt wird, 21, 1, 5, sonst findet sich *ad* in dieser Weise nicht bei *vociferari*, welches a. u. St. eine genauere Bestimmung von *contionabundus*, s. 5, 25, 4, enthält. — *foro med.:* mitten über — weg, 21, 38, 6. *nulli* vgl. 6, 19, 7; sonst ist *secundus* mit dem Dativ mehr dichterisch; anders 2, 38, 1. — *capta = si capta esset,* ebenso § 10: *missa* u. *orto*, c. 5, 13: *genito.* — *consecr.*, begehet — als einen religiösen Festtag, s. c. 7, 11. — *vocifer.*, 22, 42, 8; 24, 18, 14, vgl. Sil. 11, 259. — *obvol.*, 4, 12, 11. — *motu*, der Plebs, c. 7, 8. — *aliquo* nach *ne*, 41, 24, 16. — *ex indig.*, 1, 59, 3; 3, 50, 2. — *dediti pr.*, c. 12, 9; 10, 31, 14; 38, 56, 8, zu 21, 1, 5. — *principis*, vgl. 5, 30, 4. — *et* u. *si paenituisset ac legatio missa esset.* — *primum*, um die sie zuerst u. s. w., gewöhnlicher wäre *primam*, s. 2, 18, 4. — *offend.*, aus *esset* im Folg. ist *essent* zu denken. *sibi* geht auf das Hauptsubj. der Erzählung, Hannibal. — *tribuendo = si tribueret,* ebenso *negando*, K. 256.

11—13. *Cyrenas,* früher Republik,

nas detulit tempestas, quae tum in dicione regum erant. ibi cum Magius ad statuam Ptolomaei regis confugisset, deportatus a custodibus Alexandream ad Ptolomaeum, cum eum docuisset 12
contra ius foederis vinctum se ab Hannibale esse, vinclis liberatur, permissumque, ut rediret, seu Romam seu Capuam mallet. nec Magius Capuam sibi tutam dicere, et Romam eo tempore, 13
quo inter Romanos Campanosque bellum sit, transfugae magis quam hospitis fore domicilium; nusquam malle quam in regno eius vivere, quem vindicem atque auctorem habeat libertatis.

Dum haec geruntur, Q. Fabius Pictor legatus a Delphis Ro- 11
mam redit responsumque ex scripto recitavit. divi divaeque in eo erant, quibus quoque modo supplicaretur; tum: „si ita faxitis, 2
Romani, vestrae res meliores facilioresque erunt, magisque ex sententia res publica vestra vobis procedet, victoriaque duelli populi Romani erit. Pythio Apollini re publica vestra bene gesta 3
servataque lucris meritis donum mittitote, deque praeda, manu-

dann von Ptolemaeus Lagi in Besitz genommen, stand es von dieser Zeit an unter den ägyptischen oder eigenen Königen aus dem Hause der Lagiden: seit 96 v. Ch. aber war es im Besitz der Römer; *tum — regum* deutet auf den Gegensatz zu den früheren und späteren Verhältnissen; welche Könige gemeint seien, geht aus dem Folg. hervor. — *Ptolomaei*, s. 24, 26, 1; es ist Ptol. IV Philopator, der mit Rom verbündet war, Periocha 14. — *statuam*, wie sonst zu einem Altare, s. Tac. Ann. 3, 36. — *nec Cap.*, obgleich getrennt, entspricht *et Romam;* der Satz scheint asyndetisch zu sein, vgl. 21, 1, 2; *nec — dicere*, wie c. 23, 1; 37, 19, 1. — *transfugae*, obgleich er dort als municeps hätte leben können, vgl. c. 31, 10. — *vindicem*, der gleichsam als *vindex*, s. 3, 45, 2, für ihn aufgetreten sei, und ihm die Freiheit wieder gegeben habe. — Livius schildert diese und die c. 8 erzählte Begebenheit so ausführlich, sowohl der ethischen Bedeutung wegen, s. Einleit. S. 15, als um die Anerkennung der Vorzüge des Bündnisses mit Rom durch die Besseren, c. 7, 4; 22, 13, 11, zu beweisen.

11—13. Rückkehr des Q. Fabius von Delphi; Gesandtschaft Hannibals nach Carthago. Dio Cass. frg. 57, 28; Zon. 9, 3.

1—3. *Fabius*, s. 22, 57, 5. — *ex scr.*, der Genauigkeit wegen, wie die Senatoren *de scripto* ihre Ansicht aussprechen können, Becker 2, 2, 430. *divi divaeq.* findet sich sonst mehr in feierlichen Formeln, s. 7, 26, 4; 29, 27, 2. — *in eo er.*, waren genannt. Die Erzählung ist wol Fabius Pictor entlehnt. — *tum* ist hinzugefügt, weil nun die eigenen Worte des Orakels folgen; anders 5, 16, 10. — *facilioresque*, weniger drückend, leichter zu bewältigen; Cic. Fam. 6, 5, 1: *res et fortunae tuae — cotidie faciliores mihi et meliores videntur;* Persius 1, 110, vgl. L. 25, 12, 10; CIL. I. n. 542. — *victor. d.*, 34, 33, 14. — *duelli*, 22, 10, 2. — *lucris m.* scheint wie das Vorhergeh. abl. abs.: wenn ihr Vortheile erlangt, euch derselben würdig gemacht habt, sonst würde es *de* wie im Folg., s. 33, 25, 3, od. *e lucris* heissen. — *donum*, 5, 16, 11. — *deque* er-

biis spoliisque honorem habetote; lasciviam a vobis prohibetote“.
4 haec ubi ex Graeco carmine interpretata recitavit, tum dixit se oraculo egressum extemplo iis omnibus divis rem divinam ture
5 ac vino fecisse, iussumque a templi antistite, sicut coronatus laurea corona et oraculum adisset et rem divinam fecisset, ita coronatum navem ascendere nec ante deponere eam, quam Ro-
6 mam pervenisset; se, quaecumque imperata sint, cum summa religione ac diligentia exsecutum coronam Romae in aram Apollinis deposuisse. senatus decrevit, ut eae res divinae supplicationesque primo quoque tempore cum cura fierent.
7 Dum haec Romae atque in Italia geruntur, nuntius victoriae ad Cannas Carthaginem venerat Mago Hamilcaris filius, non ex ipsa acie a fratre missus, sed retentus aliquot dies in recipiendis
8 civitatibus Bruttiorum, quaeque deficiebant. is, cum ei senatus

klärend, denn die *lucra* sind eben die *praeda* etc. — *praeda*, Gell. 13, 25, 26: *praeda dicitur corpora ipsa rerum, quae capta sunt; manubiae vero appellatae sunt pecunia a quaestore ex venditione praedae redacta;* CIL. 149; L. 10, 46, 14; 5, 25, 6: *ex ea tantum p r a e d a, quae rerum moventium sit, decuma designetur, urbis atque agri capti — mentionem nullam fieri*, Mommsen Str. 103. — *spoliis*, die in der Schlacht gemachte Beute, Waffen, Schmuck, Kleider u. s. w. — *honor. hab.*, erweist ihm durch das Geschenk von der Beute die schuldige Ehre als Beweis der Dankbarkeit, 40, 35, 5: *ob res prospere gestas diis — honos haberetur*, vgl. 8, 33, 21, Bezeichnung der supplicatio. — *lasciviam*, „*denotat hic lascivia irreligiosam exsultationem in rebus secundis atque ex ea deum incuriam et oblivionem*“ Gron. — *a vob. pr.*, gewöhnlich hat L. den blossen Abl., s. 22, 14, 2; 26, 8, 8 u. a.

4—6. *carmine*, das metrisch gefasste Orakel. — *interpretari ex:* übersetzen nach, aus, Cic. de Inv. 2, 44, 128: *qui ex ipsius eam (voluntatem) literis interpretetur. interpretata* passiv, wie 45, 29, 3 u. a. Fabius war selbst des Griechischen kundig. — *coronatus — corona*, 4, 2, 2. Zur Sache s. Scholiast zu Eurip. Hippol. 792: *ἔϑος γὰρ εἶχον οἱ ἀρχαῖοι τοῦτο, ὅτε ἤρχοντο ἀπὸ μαντείας, ἐστεφανωμένοι ἤρχοντο*, bekränzt mit Zweigen von dem der befragten Gottheit geweihten Baume. — *rem div. f.*, opfern, 31, 5, 3. — *se* im Gegensatze zu dem Tempelvorsteher. — *in aram dep.*, wie 41, 20, 7: *in Prytaneum posuit*, dagegen 44, 25, 10: *in templo deponere*, vgl. 42, 5, 12; K. 189.

7. *venerat*, 21, 29, 1. — *Mago*, 21, 54, 1; 22, 46, 7; wahrscheinlich war er aus einem Hafen im Lande der Bruttier abgesegelt. — *ex ipsa a.*, unmittelbar aus d. Sch. — *Bruttior.*, 22, 61, 11. — *recipiendis*, von der Uebernahme der sich unterwerfenden Völker durch den Sieger gebraucht: an sich nehmen, s. 2, 39, 4; 27, 1, 1. Die Uebernahme selbst ist c. 1 nicht erwähnt; auch bleibt dort Mago im Gebiete der Hirpiner, nicht in Bruttium. Nach § 11 müsste er bis nach dem Abfall Capuas verweilt haben. — *quaeq.*, nach § 11 scheint der Name eines oder die mehrerer Völker oder *ut*, nach Crev., ausgefallen.

datus esset, res gestas in Italia a fratre exponit: cum sex impe-
ratoribus eum, quorum quattuor consules, duo dictator ac magi-
ster equitum fuerint, cum sex consularibus exercitibus acie con-
flixisse; occidisse supra ducenta milia hostium, supra quinqua- 9
ginta cepisse. ex quattuor consulibus duos occidisse, ex duobus
saucium alterum, alterum toto amisso exercitu vix cum quin-
quaginta hominibus effugisse. magistrum equitum, quae consu- 10
laris potestas sit, fusum fugatum; dictatorem quia se in aciem
nunquam commiserit, unicum haberi imperatorem. Bruttios 11
Apulosque, partim Samnitium ac Lucanorum defecisse ad Poe-
nos. Capuam, quod caput non Campaniae modo sed post ad-
flictam rem Romanam Cannensi pugna Italiae sit, Hannibali se
tradidisse. pro his tantis totque victoriis verum esse grates deis 12

8—10. *cum sex imp.* u. § 9 *quattuor cons.* ist ungenau, da Fabius mitgezählt wird, obgleich er nach § 10 das Zusammentreffen mit H. vermieden hat, Ti. Sempronius aber übergangen ist, und 6 Feldherrn statt 7, nur 4 Consuln statt 5 erwähnt werden. Da sich nicht annehmen lässt, dass L. die Schlacht an der Trebia vergessen habe, so ist zu vermuthen, dass er rhetorischer Zwecke wegen Sempronius, von dem nichts so in die Augen Fallendes, wie von den übrigen Consuln erwähnt werden konnte, übergangen, den Dictator aber um H.'s Ruhm zu erhöhen unter den geschlagenen Feldherrn aufgezählt habe; anders verhält es sich, wenn Polyb. 3, 89, 6; ib. 90, 13; 108, 8 f., vgl. ib. 111, 7, die Schlacht am Ticinus übergeht. *acie conf.*, in offener Feldschlacht u. s. w., zu 5, 41, 4. — *quattuor* von den 4 (genannten) Consuln, da *duos* — *ex duobus* folgt. — *ex duobus*, von den zwei andern, 2, 33, 2: *hi tres conlegas sibi creaverunt.* — *de duobus* — *minus convenit.* — *quae cons. p.*, 4, 44, 5 u. a. Zur Sache s. 6, 39, 4: *negantem magistri equitum maius quam tribuni consularis imperium esse;* Cic. Legg. 3, 3, 9: *equitatumque qui regat habeto* (*dictator*), *pari iure cum eo, quicumque erit iuris disceptator;* Becker 2, 2, 177. Mago lässt die Würde des *mag. equit.* grösser erscheinen, als sie ist. — *numquam*, das 22, 29 erwähnte Zusammentreffen ist übergangen. — *unicum*, 22, 14, 9.

11. *partim* = *partem*, vgl. 26, 46, 8; 42, 41, 2. — *Apulosque*, 22, 61, 11: *Apulorum pars;* aber statt *partim Lucanorum* heisst es dort: *Lucani.* — *ad Poenos*, nicht *ad se*, was hier zweideutig sein würde. — *tantis t.*, die umgekehrte Stellung ist die gewöhnlichere; asyndetisch 21, 9, 3 u. a. L. ist auch hier, s. c. 6, 8, wol Coelius gefolgt, aus dem Priscian 6, 1, 5, p. 679: *nullae nationi tot, tantas, tam continuas victorias tam brevi spatio datas arbitror quam vobis*, anführt. — *verum*, 2, 48, 2. — *grates* etc., Curt. 9, 25, 17: *vobis quidem* — *grates ago habeoque;* 3, 16, 17: *grates habebant;* ebenso findet sich *gratias agere et habere* u. *gratias habere*, s. 24, 37, 7; *grates agere* c. 12, 7; 7, 36, 7; 27, 51, 7, ist der Ausdruck des Dankes in Worten; *grat. habere* in der ehrfurchtsvollen Gesinnung und dem dieser entsprechenden Benehmen; vgl. § 3. Der Ausdruck ist wie *honorem habere*, § 3, von der

12 inmortalibus agi haberique. Ad fidem deinde tam laetarum re-
rum effundi in vestibulo curiae iussit anulos aureos, qui tantus
acervus fuit, ut metientibus dimidium super tris modios explesse
2 sint quidam auctores. fama tenuit, quae propior vero est, haud
plus fuisse modio. adiecit deinde verbis, quo maioris cladis in-
dicium esset, neminem nisi equitem, atque eorum ipsorum pri-
3 mores, id gerere insigne. summa fuit orationis, quo propius
spem belli perficiendi sit, eo magis omni ope iuvandum Hanni-
balem esse: procul enim ab domo militiam esse, in media ho-
4 stium terra; magnam vim frumenti pecuniae absumi, et tot acies,
ut hostium exercitus delesse, ita victoris etiam copias parte ali-
5 qua minuisse: mittendum igitur supplementum esse, mittendam
in stipendium pecuniam frumentumque tam bene meritis de
nomine Punico militibus.
6 Secundum haec dicta Magonis laetis omnibus Himilco, vir
factionis Barcinae, locum Hannonis increpandi esse ratus, „quid
est, Hanno?“ inquit, „etiam nunc paenitet belli suscepti adver-
7 sus Romanos? iube dedi Hannibalem; veta in tam prosperis re-
12 avidius ex insolentia in eas se merserant. somnus enim et vinum
et epulae et scorta balineaque et otium, consuetudine in dies blan-
dius, ita enervaverunt corpora animosque, ut magis deinde prae-
13 teritae victoriae eos quam praesentes tutarentur vires, maiusque
id peccatum ducis apud peritos artium militarium haberetur,
quam quod non ex Cannensi acie protinus ad urbem Romanam
duxisset: illa enim cunctatio distulisse modo victoriam videri
14 potuit, hic error vires ademisse ad vincendum. itaque hercule,
velut si cum alio exercitu a Capua exiret, nihil usquam pristinae
15 disciplinae tenuit. nam et redierunt plerique scortis inpliciti, et,
ubi primum sub pellibus haberi coepti sunt, viaque et alius mi-
litaris labor excepit, tironum modo corporibus animisque defi-
16 ciebant, et deinde per omne aestivorum tempus magna pars sine

liorcet. c. 37. — *pudor et.*, ausserdem dass er durch Belagerungswerke nichts ausrichtete. — *concessit*. der Wechsel des Subjectes ist nicht störend.

10—13. *in tectis*, nicht *sub pellibus*, § 15. — *saepe*, in vielen Verhältnissen, bei vielen Gelegenheiten. — *duratum*, 7, 29, 5: *fluentes luxu ab duratis usu armorum;* 30, 28, 5. — *bonis*, als Abl. zu nehmen, Tac. H. 1, 8: *bellis inexpertus* über *insuetus* s. 28, 18, 6: *insuetum moribus Romanis;* Colum 6, 4: *ea (amurea) pecus insuescas*, wie *adsuetus* 31, 35, 3, da auch sonst oft der Abl. mit dem bei *insuetus* nicht ungewöhnlichen Genitiv, s. 6, 34, 6; Caes. B. C. 1, 44, wechselt. Andere betrachten *bonis* als Dativ, weil L. beide Ausdrücke bisweilen mit *ad* verbindet, s. 6, 18, 4; *insuetus ad* 31, 35, 6; 41, 20, 11; K. 173. — *ex insol.*, 21, 39, 2: nach einem Leben voll Entbehrungen. — *consuetud.* etc., s. Tac. Agr. 3: *subit — etiam ipsius inertiae dulcedo, et invisa primo desidia* (s. L. 22, 9, 5) *postremo amatur.* — *balinea*, s. Neue 1, 572. — *protin.*, 22, 42, 3. — *duxisset*, nach der Ansicht der Kriegskundigen. — *error* ein Fehler aus Irrthum. *ad vincend.* gehört zu *vires*, 4, 48, 14: *plus virium esse ad resistendum;* 30, 16, 3 u. a.

14—16. *a Cap.*, 21, 13, 7. — *usquam*, in irgend einer Beziehung. — *tenuit*, konnte aufrecht halten, s. 4, 10, 8. — *inpliciti*, konnten sich nicht trennen. — *sub pell.*, nicht in Winterquartieren, sondern unter Zelten, nach dem Auszuge aus der Stadt, c. 19, 1; vgl. Marq. 3, 2, 322; dasselbe liegt in *omne aestiv. tempus.* — *excepit*, 21, 48, 8. — *deficiebant*, es fehlte ihnen an Energie, vgl. 22, 2, 6, steht chiastisch zu *redierunt.* — *tiron. modo*, L. braucht viell. zuerst das einfache *modo* mit einem Genit., s. zu 24, 39, 6; 27, 41, 9; K. 178.

commeatibus ab signis dilabebantur, neque aliae latebrae quam Capua desertoribus erant.

Ceterum mitescente iam hieme educto ex hibernis milite 19
Casilinum redit, ubi quamquam ab oppugnatione cessatum erat, 2
obsidio tamen continua oppidanos praesidiumque ad ultimum inopiae adduxerat. castris Romanis Ti. Sempronius praeerat 3
dictatore auspiciorum repetendorum causa profecto Romam. Marcellum et ipsum cupientem ferre auxilium obsessis et Vol- 4
turnus amnis inflatus aquis et preces Nolanorum atque Acerranorum tenebant, Campanos timentium, si praesidium Romanum abscessisset. Gracchus adsidens tantum Casilino, quia praedi- 5
ctum erat dictatoris, ne quid absente eo rei gereret, nihil movebat, quamquam, quae facile omnem patientiam vincerent, nuntiabantur a Casilino: nam et praecipitasse se quosdam non tole- 6

— *quam Cap.*, s. 7, 38; L. hat ohne die Hannibal lähmenden Verhältnisse zu berücksichtigen die Folgen des Aufenthalts in Capua in grellen Farben geschildert; ebenso Strabo 5, 4, 13, p. 250: *τὴν στρατιὰν οὕτως ἐξεθήλυναν ταῖς ἡδοναῖς, ὥσθ᾽ ὁ Ἀννίβας ἔφη νικῶν κινδυνεύειν ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς γενέσθαι, γυναῖκας ἀντὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς στρατιώτας ἀπολαβών*; Diod. 26. 14 f. u. a., Polyb. kennt die Winterquartiere in Capua nicht, s. 11, 19, 3: *ἑκκαίδεκα πολεμήσας ἔτη Ῥωμαίοις κατὰ τὴν Ἰταλίαν οὐδέποτε διέλυσε τὰς δυνάμεις ἐκ τῶν ὑπαίθρων*, was L. 28, 12 nicht erwähnt.

19. 1—3. *ex hibern.*, c. 18, 10: *partem maiorem h.* — *Ti. Sempr.*, s. 22, 57, 9. — *castris R.*, dieses ist nach dem Folg. östlich von Casilinum nach Caiatia zu zu denken; später c. 24, 5 ist es bei Teanum. Warum die Römer den ganzen Winter über (die Noth in der Stadt kann nicht plötzlich entstanden sein) nichts gethan haben um Casilinum zu entsetzen, geht aus Ls' Darstellung nicht hervor; s. Zon. 9, 3. — *auspic. r.*, 8, 30, 2; Mommsen Str. 1, 25.

4—5. *et ips.*, wie Gracchus, was vorher nur angedeutet und erst § 5 bestimmter bezeichnet wird. — *Volt. a. infl.*, 21, 1, 5, hier fast personificirt. — *Acerran.*, wenn die Lesart richtig ist, hat L. c. 17, 7 entweder die Sache übertrieben oder die Acerraner sind unter dem Schutze des Marcellus in ihre Stadt zurückgekehrt, vgl. 27, 3, 6. — *tenebant* = *retinebant*, 22, 30, 5. *timent., si*, verkürzter Ausdruck wie bei *vovere*, 21, 21, 9 u. ä. — *adsidens*, unthätig. — *apud:* in der Nähe. — *praedictum*, er hatte bei seinem Weggange den Befehl hinterlassen, 2, 10, 4; 39, 19, 2: *magistratibus Ardeatium praedicendum, ut intentiore cura eum adservarent; praedict.* ist wie *edictum* substantivisch. — *eo*, nicht *se*, weil vorher nicht der Dictator Subject ist, s. c. 8, 7; vgl. c. 33. 12; K. 99. *movebat*, rührte sich nicht, unternahm nichts. — *vincerent* Potentialis der Vergangenheit.

6—8. *praecipitasse se*, aus dem Folg. ist *de muro* hinzuzudenken; die Ergänzung ist wegen des dazwischenstehenden *constabat* hier härter als an ähnlichen Stellen, s. 41, 11, 4; 25, 8, 9: *consuetudine nocte egrediundi redeundique in ur-*

rantes famem constabat, et stare inermes in muris nuda corpora
7 ad missilium telorum ictus praebentes. ea aegre patiens Gracchus,
cum neque pugnam conserere dictatoris iniussu auderet — pu-
gnandum autem esse, si palam frumentum inportaret, videbat —
8 neque clam inportandi spes esset, farre ex agris circa undique
convecto cum conplura dolia conplesset, nuntium ad magistra-
tum Casilinum misit, ut exciperent dolia, quae amnis deferret.
9 insequenti nocte intentis omnibus in flumen ac spem ab nuntio
Romano factam dolia medio missa amni defluxerunt; aequaliter-
10 que inter omnes frumentum divisum. id postero quoque die ac
tertio factum est: nocte et mittebantur et perveniebant; eo cu-
11 stodias hostium fallebant. imbribus deinde continuis citatior
solito amnis transverso vertice dolia inpulit ad ripam, quam ho-
stes servabant. ibi haerentia inter obnata ripis salicta conspi-
ciuntur, nuntiatumque Hannibali est, et deinde intentiore custo-
12 dia cautum, ne quid falleret Volturno ad urbem missum. nuces
tamen fusae ab Romanis castris cum medio amni ad Casilinum
13 defluerent, cratibus excipiebantur. postremo ad id ventum in-
opiae est, ut lora detractasque scutis pelles, ubi fervida mollis-
sent aqua, mandere conarentur nec muribus aliove animali absti-
nerent et omne herbarum radicumque genus aggeribus infimis
14 muri eruerent. et cum hostes obarassent quidquid herbidi ter-

bem, vgl. 4, 12, 11. — *inportar.*, wenn er — wollte. — *magistrat.*, der städtische Magistrat, s. c. 10, 5, nicht der § 17 erwähnte *praetor.* — *Casilinum*, wir: zu Casil., s. 21, 49, 3; vgl. 7, 5, 3: *domum ad M. Pomponium.* — *convecto cum conpl. conpless.*, solche Gleichklänge am Anfange der Worte hat L. nicht immer gemieden, s. 33, 42, 3.

10—13. *pervenieb.*, 22, 18, 2. — *citat. solito*, weniger gewöhnlicher Gebrauch des abl. compar., vgl. c. 3, 4: *petior ira;* 24, 34, 10: 27, 44, 10: *maiora vero;* 22, 2, 2. — *quam h. s.*, das nördliche, c. 18, 1. — *obnata*, das Wort findet sich nur hier, wie das § 14 gebrauchte *obarare.* — *ripis*: an den Ufern, s. 1, 34, 8. — *nuntiatq.* etc. vertritt einen Nebensatz; das Object ist oft bei *nuntiare* aus dem Zusammenhange zu entnehmen. — *intentiore cust.*, Front. 3, 14, 2: *quibus* (*doliis*) *cum obiecta per medium amnem catena Hannibal obstitisset, nuces sparsere.* — *deinde*, fernerhin. *missum* = *si missum esset,* c. 10, 8.

12—13. *nuces*, Fest. p. 173: *Nuculas Praenestinos antiqui appellabant*, *quod inclusi a Poenis Casilini famem nucibus sustentaverunt*, vgl. Charis 1. p. 54: „*nucerum*“ *Coelius dixit.* — *faller.*, 21, 57, 3. — *tamen* = *saltem*, s. 29, 35, 12; Cic. Phil. 1, 4, 10 u. a. — *a. R. castris*, in diesem in den Fluss geschüttet, und von da herabfliessend. — *ubi — moll.*, 21, 42, 3. — *muribus*, Front. 4, 5, 20: *ut centum denariis murem venisse proditum memoriae sit.* — *agger inf.*, Abl., § 11; c. 18, 7; an verschiedenen Stellen unten am Walle.

14. *hostes ob.*, ebenso erzählt die Sache Frontin. 3, 15, 3: *cum etiam*

reni extra murum erat, raporum semen iniecerunt, ut Hannibal
„eone usque, dum ea nascantur, ad Casilinum sessurus sum?“
exclamaret; et qui nullam antea pactionem auribus admiserat, 15
tum demum agi secum est passus de redemptione liberorum ca-
pitum. septunces auri in singulos pretium convenit. fide acce- 16
pta tradiderunt sese. donec omne aurum persolutum est, in
vinculis habiti; tum remissi summa cum fide. id verius est quam 17
ab equite in abeuntis inmisso interfectos. Praenestini maxima
pars fuere. ex quingentis septuaginta, qui in praesidio fuerunt,
minus dimidium ferrum famesque absumpsit; ceteri incolumes
Praeneste cum praetore suo M. Anicio — scriba is antea fuerat

herbas alimentis eorum Hannibal arato loco, qui erat inter castra ipsius et moenia, praeriperet, semina in praeparatum locum iecerunt, consecuti, ut habere viderentur, quo victum sustentarent usque ad satorum proventum; s. Zon. 9, 3; Strabo 5, 10, p. 249: ἰδὼν δ' αὐτοὺς πλησίον τοῦ τείχους σπείροντας γογγύλην ἐθαύμαζεν — ὁ Ἀννίβας. Obgleich sich schwer begreifen lässt, wie die Besatzung auf einem vom Feinde beherrschten Platze habe Lebensmittel holen, oder die Punier bis an die Mauern das Feld aufackern können, so ist es doch, da die näheren Umstände der Sache nicht bekannt sind, bedenklich *hostes* als unächt zu tilgen. — *herbidi terr.*, „grasiges Erdreich“, vgl. 9, 2, 7; Tac. H. 5, 3: *herbidi soli; terreni*, substantivisch, s. c. 49, 2; 8, 10, 13, vgl. zu Hor. Carm. 3, 24, 4. *eone usq.*, Frage des Unwillens und der Beschämung, deren Bitterkeit noch erhöht wird durch *sessurus sum*, vgl. 3, 65, 4.

15—17. *et*, und so. — *liber c.*, vgl. 22, 52, 3, wo auch Sclaven erwähnt werden. — *septunces* $^7/_{12}$ Pfd., etwa 136 Thl., anders wird der Preis 21, 41, 6; 22, 23; ib. 58 bestimmt, vgl. 21, 48, 9. — *fide acc.*, die eidliche Zusicherung; dagegen nachher *cum fide*, treulich, wie es versprochen war; weil sich beide Ausdrücke entsprechen, sind sie chiastisch und mit Nachdruck an den Anfang und das Ende der Periode gestellt. — *summa*, das hds. *Cumas* ist, wie *remissi* zeigt, verschrieben, man könnte auch *domos* vermuthen. — *Praenestini*, Präenestiner, nicht die Pränest., ebenso der Genitiv c. 35, 6. — *fuerunt*, üb. das Perfect. im Relativsatze, wo wir das Plusqprf. erwarten, s. zu 1, 1, 1; 25, 29, 9: *quosque fors obtulit, irati interficere*. — *minus*, nicht ganz die Hälfte; *minus* bezeichnet, dass ein gewisses Mass nicht erreicht sei, s. c. 46, 5; 35, 51, 1: *minus quattuor milium*. — *praetore s.*, s. 8, 11, 4; 9, 16, 17, er ist nicht praefectus, sondern der in Präneste bestimmte Befehlshaber (*praetor*, wie er auch als Gemeindevorsteher genannt sein kann, s. Mommsen 1, 344), der die Cohorte in das römische Lager führen sollte, vgl. 22, 24, 12. — *M. Anicio*, auch sonst werden *Anicii* in Präneste erwähnt, und auf der Inschrift § 18 hat wol der Vorname nicht gefehlt; wenn daher auch ein Pränestiner *Manicius* auf einer Insch. genannt wird, s. Philolog. 21, 550, so ist doch a. u. St. *M. Anicio* wahrscheinlicher. — *scriba*, 9, 46; Mommsen, Str. 1, 275.

18 — redierunt. statua eius indicio fuit, Praeneste in foro statuta, loricata, amicta toga, velato capite, [et tria signa] cum titulo lamnae aeneae inscripto, M. Anicium pro militibus, qui Casilini in praesidio fuerint, votum solvisse. idem titulus tribus signis
20 in aede Fortunae positis fuit subiectus. Casilinum oppidum redditum Campanis est, firmatum septingentorum militum de exercitu Hannibalis praesidio, ne, ubi Poenus inde abscessisset, Ro-
2 mani oppugnarent. Praenestinis militibus senatus Romanus duplex stipendium et quinquenni militiae vacationem decrevit.
3 civitate cum donarentur ob virtutem, non mutaverunt. Perusinorum casus obscurior fama est, quia nec ipsorum monumento ullo est inlustratus nec decreto Romanorum.
4 Eodem tempore Petelinos, qui uni ex Bruttiis manserant in amicitia Romana, non Carthaginienses modo, qui regionem obtinebant, sed Bruttii quoque ceteri ob separata ab se consilia op-

18. *indicio*, von dem was vorher erzählt ist. — *fuit*, sie existirte nicht mehr. — *loricata* etc., mit dem Panzer unter der Toga. *velato c.*, wie die Gebete wurden die Gelübde mit verhülltem Haupte gesprochen; vgl. 1, 36, 5. — *et tr. sign.*, ein aus dem Folg. entstandenes hier unverständliches Glossem, da die Erzplatte nicht an allen drei Götterbildern zugleich sein konnte. — *pro*, für die Erhaltung, wie *pro incolumitate*, *pro reditu vota facere* u. ä. — *Fortunae*, s. 42, 1: der Cultus dieser Fort. war im Alterthume berühmt. — *votum s.*, 45, 44, 8; oft auf Inschriften: *votum solvit libens merito*. — *trib. signis*, wahrscheinlich Fortuna mit Iuppiter und Iuno, Preller 562 f. — *fuit subi.*, 3, 26, 11; 38, 56, 3. — Die ausführliche Darstellung der Begebenheit macht die Treue der Bundesgenossen Roms anschaulich, s. 22, 13, 11.

20. 1—2. *reddit. Camp.*, diesen war wol der wichtige Punkt schon 8, 11, 12 von den Römern genommen worden. — *Campani*, wahrscheinlich die Bewohner Campaniens, s. c. 17, 10. — *senatus*, Lange 2, 404. — *duplex st.*, vgl. 2, 59, 11: *duplicarii*; es ist der doppelte Sold für den Feldzug, der aber aus dem römischen aerarium, nicht wie sonst von den Bundesgenossen gezahlt wird, vgl. 27, 9, 13; Marq. 3, 2, 439. — *militiae* bildet mit *vacatio* einen Begriff, der durch *quinquenni* bestimmt wird: eine fünfjährige Freiheit vom Kriegsdienste, c. 32, 4; vgl. c. 49, 2; Marq. 1. 1. 289. — *civitate* u. *Romana*. — *donarentur*, die Römer boten wirklich das Geschenk an, allein da die Annahme verweigert wurde, blieb es bei dem Willen der Gebenden. Die Annahme der civitas sollte nicht erzwungen, s. Cic. Balb. c. 13: 8, 21; 11, 27, sondern in Folge freier Entschliessung erfolgen. Diese wurde von Einzelnen, wie a. u. St., durch eine bestimmte Erklärung, von Staaten durch ein besonderes Gesetz *(fundi populi fiunt)* gegeben. — *non mut.*, der Uebergang aus dem einen Staate in das Bürgerrecht des andern hiess: *mutare civitatem*, 41, 8, 12; Cic. Balb. 11, 27; ib. 13, 30: *ius mutandarum civitatum*, daher ist auch a. u. St. zu *mutarunt* zu denken *civitatem*, vollständig: *mut. suam civitatem ci-*

pugnabant. quibus cum obsistere malis nequirent Petelini, lega- 5
tos Romam ad praesidium petendum miserunt. quorum preces
lacrimaeque — in questus enim flebiles, cum sibimet ipsi con-
sulere iussi sunt, sese in vestibulo curiae profuderunt — ingen-
tem misericordiam patribus ac populo moverunt. consultique 6
iterum a M. Aemilio praetore patres circumspectis omnibus im-
perii viribus fateri coacti, nihil iam longinquis sociis in se prae-
sidii esse, redire domum fideque ad ultimum expleta consulere
sibimet ipsos in reliquom *pro* praesenti fortuna iusserunt. haec 7
postquam renuntiata legatio Petelinis est, tantus repente maeror
pavorque senatum eorum cepit, ut pars profugiendi, qua quis-
que posset, ac deserendae urbis auctores essent, pars, quando 8
deserti a veteribus sociis essent, adiungendi se ceteris Bruttiis
ac per eos dedendi Hannibali. vicit tamen ea pars, quae nihil 9
raptim nec temere agendum consulendumque de integro censuit.
relata postero die per minorem trepidationem re tenuerunt opti- 10
mates, ut convectis omnibus ex agris urbem ac muros firmarent.

vitate Romana, schwerlich *mutare* absolut gebraucht, 5, 13, 1. — Hätten die Praenest. das röm. Bürgerrecht angenommen, so hätten sie aus dem Bürgerverbande ihrer freien, s. c. 17, 9, Stadt treten und römisches Recht annehmen müssen, s. 9, 43, 23, vgl. Mommsen 1, 907.

4—6. *Petelini*, Petelia an der Ostküste von Bruttium, auf einer steilen Höhe, jetzt Strongoli. — *uni* stimmt weder mit 22, 61 noch mit 23, 30 überein. Doch scheint L. die an der letzten Stelle erwähnten griechischen Städte von den Bruttiern getrennt zu haben, s. c. 41; 46; 24, 1. — *sed — quoq.*, 28, 5, 5; 2, 34, 3 u. a. — *ob sep. cons.*, wie 9, 14, 13, vgl. c. 36, 2: *ab se*, st. *a suis;* 21, 4, 8. — *cum — sunt*, 4, 60, 8. — *ac pop.*, das die Gesandten, wenn sie in dem Vestibulum waren, von dem Comitium aus sehen konnte. — *consult. it.*, derselbe Gegenstand wurde in einer zweiten Senatssitzung zur Berathung gebracht. — *M. Aemilio*, im ersten und im zweiten Jahre des Krieges war ein M. Aemilius Prätor, s. 21, 49; 51; 22, 33, im dritten, s. 22, 35, nicht. Wenn dieser nicht im Laufe des Jahres nachgewählt ist, so muss ein Irrthum Ls' angenommen werden, vgl. 25, 1, 11, der sich c. 22, 4 wiederholt. — *long. soc.*, vgl. jedoch c. 37, 10 ff.; *in reliq.*, in Zukunft, 3, 21, 2; 36, 10, 14 u. a. — *pro pr. f.*, nach den vorliegenden Verhältnissen.

7—9. *renunt. leg.*, c. 6, 3. — *repente* wegen der unerwarteten Enttäuschung der Hoffnung, c. 16, 12; 21, 57, 13; vgl. 21, 16, 2. — *adiung. se*, s. 38, 14, 8 u. a., vgl. c. 23, 8. — *agendum* geht auf den ersten; *consulend.* auf den zweiten Vorschlag. Ueber *que*, wo *sed* zu erwarten wäre, s. c. 7, 11: *diemque ut.* — *per*: unter, bei. *tenuerant* = *obtinuer.*: setzten durch. — *optimates*, die angesehensten im Senate, Cic. Sest. 45, 97. — *omnibus*, c. 14, 3; 21, 11, 12. *ac mur.* fügt das gerade besonders in Betracht Kommende hinzu.

21 Per idem fere tempus litterae ex Sicilia Sardiniaque Romam
2 adlatae. priores ex Sicilia T. Otacilii propraetoris in senatu recitatae sunt: P. Furium praetorem cum classe ex Africa Lilybaeum venisse; ipsum graviter saucium in discrimine ultimo vitae esse; militi ac navalibus sociis neque stipendium neque
3 frumentum ad diem dari, neque, unde detur, esse: magnopere suadere, ut quam primum ea mittantur sibique, si ita videatur,
4 ex novis praetoribus successorem mittant. eademque ferme de stipendio frumentoque ab A. Cornelio Mammula propraetore ex Sardinia scripta. responsum utrique non esse, unde mitteretur,
5 iussique ipsi classibus atque exercitibus suis consulere. T. Otacilius ad unicum subsidium populi Romani, Hieronem, legatos cum misisset, in stipendium quanti argenti opus fuit et sex
6 mensum frumentum accepit; Cornelio in Sardinia civitates sociae benigne contulerunt. et Romae quoque propter penuriam argenti triumviri mensarii rogatione M. Minuci tribuni plebis facti, L. Aemilius Papus, qui consul censorque fuerat, et M. Ati-

21—24, 5. Anordnungen und Einrichtungen in Rom. Plut. Fab. M. 9; Val. Max. 7, 6, 1; 6, 4, 1.

1—2. *ex Sicil.* steht wie im Folg. zunächst mit *litterae*, doch auch mit *adlatae* in Beziehung. — *Furium*, s. 22, 57, 8: die Expedition selbst ist nicht berührt. — *stipend.*, der jährige oder halbjährige Sold; das Getreide wurde nach Pol. 6, 39, s. L. 44, 2, 4, monatlich gegeben, Marq. 3, 2, 78; 89, so dass der Termin (*ad diem*) für beides nicht gerade zusammenfallen muss. Wenn § 5 Getreide auf 6 Monate erwähnt wird, s. 9, 43, 6; 30, 37, 5, so wurde dieses in Magazinen aufbewahrt.

3—5. *mittantur*, auf die Anordnung des Senats, *mittant*, durch diesen selbst. — *si ita v.*, hier: *senatui*, wie 32, 2, 3, vgl. 22, 33, 9. — *novis*, Marcellus, einer von diesen, war nach 22, 35 nach Sicilien bestimmt gewesen. — *Cornelio*, s. zu c. 32, 8; 22, 9, 11; ib. 25, 6; wann er als Proprätor nach Sardinien gegangen und eine Flotte dahin geschickt worden sei, hat L. nicht berichtet. — *quanti* = *tantum argenti quanti*, 28, 46, 5; 21, 29, 6; 9, 17, 2; über den Genit. 22, 51, 3. — *mensum*, 3, 24, 4. — *sociae*, wie c. 40, 8: *sociorum populi R.;* andere waren also noch unabhängig. — *benigne c.*, nach c. 32, 9 war es wahrscheinlich eine erzwungene Lieferung von Getreide und Zahlung von Geld, s. Marq. 3, 2, 154; ib. 1, 79.

6. *et — quoq.*, 34, 2, 11; 35, 29, 7; *et* knüpft den ganzen Satz an, insofern in demselben gleichfalls eine Finanzmassregel berichtet wird; *quoque* bezieht sich auf den mehr angedeuteten Gedanken: wie man in den Provinzen der Geldverlegenheit durch ungewöhnliche Mittel abzuhelfen suchte, so auch in Rom selbst, vgl. 22, 7, 5. — *triumv. m.*, es wird eine Staatsbank eröffnet, an der gegen Bürgen, 7, 21, 8; 22, 60, 4, Geld, welches im Privatverkehre fehlte, geliehen werden kann, s. 24, 18, 12; 26, 36, 8; Tac. Ann. 6, 17. — *rogatione*, ohne Senatsbeschluss, wie 21, 63, 3. — *Aemilius*, 225 v. Ch. Consul

lius Regulus, qui bis consul fuerat, et L. Scribonius Libo, qui
tum tribunus plebis erat. et duumviri creati M. et C. Atilii ae- 7
dem Concordiae, quam L. Manlius praetor voverat, dedicave-
runt; et tres pontifices creati, Q. Caecilius Metellus et Q. Fabius
Maximus et Q. Fulvius Flaccus, in locum P. Scantini demortui
et L. Aemili Pauli consulis et Q. Aeli Paeti, qui ceciderant
pugna Cannensi.

Cum cetera, quae continuis cladibus fortuna minuerat, **22**
quantum consiliis humanis adsequi poterant, patres explessent,
tandem se quoque et solitudinem curiae paucitatemque conveni- 2
entium ad publicum consilium respexerunt. neque enim post L. 3
Aemilium et C. Flaminium censores senatus lectus fuerat, cum
tantum senatorum adversae pugnae, ad hoc sui quemque casus
per quinquennium absumpsissent. cum de ea re M. Aemilius 4
praetor, dictatore post Casilinum amissum profecto iam ad exer-
citum, exposcentibus cunctis rettulisset, tum Sp. Carvilius, cum
longa oratione non solum inopiam *senatorum* sed paucitatem

mit Atilius, 22, 25; 40; Censor 220 mit C. Flaminius, c. 22, 3. Gewöhnlich werden zu triumviri mensarii angesehene Männer gewählt.

7. *duumviri*, c. 30, 14; vgl. 22, 33, 7, Mommsen Str. 1, 199, 1. — *Atilii*, c. 8, 1. *pont. creati* durch Cooptation des Collegium, 10, 9, 2. — *Q. Caec.*, s. 40, 45, 8. *Fab.* 30, 26, 7. *Fulv.* c. 30, 18. — *demortui* wird mehrfach von dem Tode von Mitgliedern eines Collegium oder des Senates gebraucht. — *Aeli*, 22, 35, 2. — *qui cecid.*, sie hatten freiwillig an dem Kriege Theil genommen, s. 22, 49, 16, denn, ausgenommen bei tumultus, sind die Priester vom Kriegsdienste frei, Marq. 3, 2, 289. Die Wahl der Priester erwähnt L. sonst bei der der Consuln, in dem vorliegenden ausserordentlichen Falle ist sie mit der der Duumvirn verbunden; vgl. auch 22, 61, 6.

22. 1—3. *explessent*, s. c. 5, 5. *tandem*, weil *cum — explessent* eine Reihe von Massregeln umfasst, zu denen *tandem* die letzte fügt; *quoque* tritt darnach zu *se* in Bezug auf *cetera explessent*, da auch die Lücken im Senate ausgefüllt werden sollen, s. c. 21, 6: in gleicher Weise, vgl. 4, 56, 10 das steigernde *postremo etiam*. — *cons. publ.*, c. 2, 4, eine andere Seite des durch *se* und *curiae* Bezeichneten. — *post. L. Aem.*, c. 21, 6; Periocha 20. — *sui q. c.*, Zufälle, welche nur die Einzelnen treffen, im Gegensatze zu öffentlichem Unglück: *adversae pugnae;* 22, 49, 16; Tac. Agr. 3: *multi fortuitis casibus — interciderunt.* — *quinq.*, das laufende Jahr ist erst das fünfte.

4—5. *Aemilius*, c. 20, 6. — *dictat.* etc., er scheint erst nach längerer Anwesenheit in Rom, s. c. 19, 3, zum Heere zurückgekehrt zu sein. — *exposcent.*, vgl. 30, 21, 10: *conclamatum ex omni parte curiae est, ut referret;* s. 26, 2, 3; Lange 2, 385, 120. — *Carvil.* (*Maximus*) 234, dann 228 Consul: Cic. Cat. m. 4, 11; Vell. Pat. 2, 128. — *longa or.*, um seinen Antrag zu motiviren. — *inopiam* etc. könnte, auf *civium* bezogen, künst-

etiam civium, ex quibus in patres legerentur, conquestus esset.
5 explendi senatus causa et iungendi artius Latini nominis cum
populo Romano magnopere se suadere dixit, ut ex singulis po-
pulis Latinorum binis senatoribus, *quibus* patres Romani cen-
suissent, civitas daretur atque in demortuorum locum in sena-
6 tum legerentur. eam sententiam haud aequioribus animis quam
7 ipsorum quondam postulatum Latinorum patres audierunt; et
cum fremitus indignantium tota curia esset, et praecipue T. Man-
lius esse etiam nunc eius stirpis virum diceret, ex qua quondam
in Capitolio consul minatus esset Latinum, quem in curia vidis-
8 set, eum sua manu se interfecturum, Q. Fabius Maximus num-
quam rei ullius alieniore tempore mentionem factam in senatu
dicit, quam inter tam suspensos sociorum animos incertamque
9 fidem id iactum, quod insuper sollicitaret eos. eam unius homi-

lich so erklärt werden: nicht allein die gedrückte Lage der Bürger, c. 21, 6; 27, 9, 5: *ultimam solitudinem atque egestatem*, so dass schon der Vermögensverhältnisse wegen, s. 21, 59, 10 u. 63, 4, nur wenige in den Senat gewählt werden konnten, sondern auch, wenn man von dem Vermögen absehen wollte, die geringe Zahl derselben u. s. w.; allein neben dem Zweiten wäre das Erste unnöthig, um so mehr da c. 23 auf das Vermögen keine Rücksicht genommen wird, s. Becker 2, 2, 393. Wahrscheinlicher ist, dass der Redner eine Steigerung des § 2 ausgesprochenen Gedankens geben und neben der geringen Zahl der Senatoren die Schwierigkeit die Lücken im Senate wieder auszufüllen bezeichnen will. Da nun bei *inopiam* das nothwendige *senatorum* nicht wol ergänzt werden kann, so ist anzunehmen, dass es nicht vollständig, *se.* oder *sen.* geschrieben, vor *sed* ausgefallen ist. — *inop. sen.*, s. 22, 57, 11: *inopia liberorum capitum;* 25, 5, 5: *inopia iuniorum;* 33, 3, 2; Paul D. p. 7: *allecti — dicebantur qui propter inopiam ex equestri ordine in senatorum sunt numero adsumpti.* — *explendi* wie § 1: vollzählig machen. — *ex quib.* scheint anzudeuten, dass die Censoren, wenn zur Aufnahme in den Senat durch die von ihnen bekleideten Aemter berechtigte Ersatzmänner fehlten, viell. durch die lex Ovinia angewiesen waren zunächst Ritter zu wählen, weil gewiss in Vergleich zu den zu besetzenden Senatorstellen die Zahl der Bürger überhaupt nicht so gering (*paucitatem*) war. — *quibus*, n. *civitatem esse dandam*, so dass der röm. Senat bestimmt, welche Senatoren aus den lateinischen Staaten das röm. Bürgerrecht erhalten sollen. — *patr. Rom.*, 22, 32, 7. — *atque* n. *ii*, s. zu 21, 52, 10; 37, 17, 5; 4, 3, 15: *civis Romanus si sit ex plebe*, *praecisa — spes erit;* Madvig setzt *ei* hinzu. — *legerentur*, durch die Censoren, während das Volk denselben das Bürgerrecht ertheilt haben würde.

6—9. *aequior. ani.*, 22, 25, 12. — *quam ips.*, 8, 5, 5. — *fremitus ind.*, Schrei des Unwillens, s. 22, 5, 4. — *Manlius*, wahrscheinlich der 22, 60 genannte. — *ex qua* n. *oriundus*, was schon durch *ex* angedeutet ist, s. 1, 21, 3. — *inter*, während sie seien, 21, 30, 5, vgl. 22, 61, 10. — *id iactum*, s. 5, 15, 5. — *sollicitaret*, aufregen müsse,

nis temerariam vocem silentio omnium extinguendam esse, et, si quid umquam arcani sanctive ad silendum in curia fuerit, id omnium maxime tegendum, occulendum, obliviscendum, pro non dicto habendum esse. ita eius rei oppressa mentio est. di- 10
ctatorem, qui censor ante fuisset, vetustissimusque ex iis, qui viverent, censoriis esset, creari placuit, qui senatum legeret. acciri que C. Terentium consulem ad dictatorem dicendum iusserunt. qui ex Apulia relicto ibi praesidio cum magnis itineribus 11
Romam redisset, nocte proxima, ut mos erat, M. Fabium Buteonem ex senatus consulto sine magistro equitum dictatorem in sex menses dixit. Dictator ubi cum lictoribus in Rostra escendit, 23

wenn der einmal gestellte Antrag nicht durchgienge, wie später der des Drusus, Periocha 71. — *vocem — exting.*, vgl. Cic. rep. 6, 23: *sermo — extinguitur* u. a. — *si q. unq.*, 1, 28, 4; überhaupt sollten die Verhandlungen des Senates verschwiegen bleiben, 42, 14, 1; Becker 2, 2, 421. — *sanctive*, nähere Bestimmung von *arcani*, dessen Beziehung auf geheim zu haltende religiöse Gegenstände, Mysterien, dadurch bezeichnet wird; über *ad* s. 21, 25, 6. — *fuerit*, vorgekommen wäre. — *id omn.* etc.; statt einfach *esse* hinzuzufügen, führt der Redner den Hauptbegriff der Verheimlichung in vier Gliedern aus, von denen die beiden ersten das Geheimhalten gegen Andere, die beiden letzten *obliviscend.* etc. das gänzliche Vergessen und Unbeachtetlassen durch die Anwesenden selbst bezeichnen.

10 11. *censor*, weil er das thun soll, was sonst den Censoren zukommt; Lange 1, 642; 647. — *vetustissimus*, der am längsten censorius gewesen, unter den gewesenen Censoren, die am Leben seien (*viverent*), am frühesten die Censur bekleidet habe. — *creari pl.*, der Senatsbeschluss über die Wahl. — *consulem*, dieser, nicht der Dictator, kann ernennen, nach 22, 31, 9. — *ex Apul.*, c. 25, 11, wann er dahin zurückgegangen, s. 22, 61, 13, ist nicht berichtet. — *nocte pr.*, 9, 38, 14; Mommsen Str. 1, 23. — *Fabium*, er war 245 Consul, wahrscheinlich 241 mit C. Aurelius Cotta Censor gewesen; vgl. auch Plut. Fab. 9, 3; Oros. 4, 13: *Fabius censorius Fabium Buteonem, filium suum, furti insimulatum interfecit.* — *ex sen.*, in dem Senatsbeschlusse war nicht allein der zu wählende und der Zweck: *qui senatum legeret*, bestimmt, sondern auch, dass er gegen die Regel ohne mag. equit. sein, und, obgleich nur für ein einzelnes Geschäft ernannt, s. c. 23, 2, doch 6 Monate das imperium haben solle, s. 9, 34, 12; Becker 2, 2, 164; 176. — *sine m. eq.* attributive Bestimmung von *dictatorem*.

23. 1—3. *cum lict.*, die den Magistrat auch auf die Rostra begleiten, 8, 33, 9. Der Dictator scheint nach § 7 u. 9 am Tage nach der Nacht, in der er ernannt worden ist, seinen Auftrag erfüllt, also sogleich das imperium erhalten zu haben, s. 4, 14, 1; 22, 1, 4. Durch den Senatsbeschluss vorbereitet, hat er schon vorher seine Vorkehrungen zur Wahl treffen können. — *in Rostra*, das Folg. ist eine contio, in welcher der Dictator seine Anordnungen dem Volke mittheilt, s. § 8; 9, 30, 1; 29, 37,

neque duos dictatores tempore uno, quod numquam antea factum
2 esset, probare se dixit, neque dictatorem [se] sine magistro equi-
tum, nec censoriam vim uni permissam et eidem iterum, nec
dictatori nisi rei gerendae causa creato in sex menses datum
3 imperium. quae inmoderata fors tempus ac necessitas fecerit,
iis se modum inpositurum: nam neque senatu quemquam mo-
turum ex *iis*, quos C. Flaminius L. Aemilius censores in sena-
4 tum legissent; transcribi tantum recitarique eos iussurum, ne
penes unum hominem iudicium arbitriumque de fama ac mori-

1. — *neque — dixit*, 21, 9, 3; *neque — neque*, dann *nec — nec* nur um abzuwechseln. — *duos dictat.*, diesem entsprechend sind die folg. Glieder wol nur als Accusative, *censoriam — perm.* als Participialconstr., nicht als acc. c. inf. zu nehmen, s. 35, 48, 12: *exprobrans — victoriam partam*, 8, 13, 1. — *duos*, vgl. Pol. 3, 103, 4; zu 22, 25, 10, da es in dem Wesen der Dictatur lag, s. 2, 18, dass sie nur einer bekleiden konnte, weil das imperium, das sie verlieh, die gesammte Staatsgewalt umfasste, s. Becker 2, 2, 163. — *fact. ess.* ist so gesagt, als ob ein Verbalbegriff vorhergienge. — *se* fehlt in mehreren Hss. und scheint neben den allgemeinen Gedanken, die vorangehen und folgen, nicht passend. — *mag. eq.* soll nur das Ungewöhnliche anzeigen, denn eine Beschränkung erlitt der Dictator durch den mag. eq. nicht. — *uni*, s. 9, 34, 16. — *et eid.*, und zwar u. s. w., Zusatz zum Vorhergeh., daher nicht *nec*, vgl. 21, 10, 12; 22, 19, 7; bald nach 489 a. u. war untersagt worden die Censur mehr als einmal zu bekleiden, Mommsen Str. 425. — *nec dict. n. r. g.*, wenn nicht in der hds. Lesart *nisi nec rei g.* ein Fehler liegt, muss entweder ein plötzlicher Uebergang von der negativen Ausdrucksweise, die in den vorhergehenden Sätzen herrscht, zu der affirmativen: *et non probare — et probare non dictatori nisi*: er billige, dass nur u. s. w., oder angenommen werden, dass *nisi* bedeute: mit Ausnahme des Falles, dass der Dictator *rei ger. c.* gewählt sei. — *rei gerend.*, mit der Vollmacht den ganzen Staat, besonders den Krieg zu verwalten, im Gegensatze zu einzelnen Geschäften; diejenigen, welchen solche übertragen wurden, erhielten nur für die dazu nöthige Zeit das imperium, vgl. zu 7, 3, 9.

3—4. *inmoderata*, die unumschränkte Vollmacht des Dictators. — *tempus ac nec.* scheinen zusammen, s. 21, 13, 7, der *fors* = *casus*, *fortuna*, s. Cic. Div. 2, 6, 15; ib. 7, 18; gegenüber zu stehen: die durch die Zeitverhältnisse bedingte Nothwendigkeit; Cicero fügt bisweilen *prudentia* od. *inprudentia* zu *casus necessitas*, de Inv. 1, 11, 15; 2, 32, 99; Part. or. 37, 131 u. a.; üb. *ac* s. 22, 54, 10; Madvig verm. *forsan*. — *mod. imp.* 4, 24, 7. — *neque*, die darin liegende copula steht mit *et ita* § 4 in Beziehung, die Negation auch mit *transcribi* etc., wovor *sed* zu ergänzen ist. — *moturum*, die bereits Aufgenommenen, was auch beide Censoren nur in Uebereinstimmung thun konnten; daher *ne penes* etc., welches sich nicht allein auf den letzten, sondern auch auf den vorhergeh. Satz bezieht. — *transcribi* in ein neues Album. — *de fama*, die Ausstossung galt als ignominia,

bus senatoris fuerit; et ita in demortuorum locum sublecturum,
ut ordo ordini, non homo homini praelatus videretur. recitato 5
vetere senatu inde primos in demortuorum locum legit, qui post
L. Aemilium C. Flaminium censores curulem magistratum cepis-
sent necdum in senatum lecti essent, ut quisque eorum [senatus]
primus creatus erat; tum legit, qui aediles, tribuni plebis quae- 6
storesve fuerant; tum ex iis, qui magistratus *non* cepissent,
qui spolia ex hoste fixa domi haberent, aut civicam coronam ac-
cepissent. ita centum septuaginta septem cum ingenti adproba- 7

Becker l. l. 213; 399. — *senatoris*, eines Senators, zur Bezeichnung des Standes; c. 14, 3: *rei publicae;* 1, 50, 9; 2, 11, 6: *perfugae.* — *fuerit*, er wolle durch sein Verfahren verhüten, dass u. s. w., oder man solle nach Vollendung des Geschäftes sehen, dass nicht. — *ordo ord.*, es sind die im Folg. bezeichneten Rangstufen, die durch ihre Stellung im Staate geeignet waren in den Senat einzutreten. Die *lex Ovinia* 9, 30, 2 schrieb vor *ex omni ordine optimum quemque legerent;* Fabius will nur den ersten Theil beobachten, nicht wie die Censoren über die Würdigkeit der Einzelnen entscheiden, Lange, 2, 335. Der Census wird gar nicht erwähnt, s. c. 22, 5.

5—6. *recitato — inde*, 22, 30, 1. — *curul. mag.*, s. 22, 49, 16; die Aufnahme in den Senat, dem sie während des Amtes angehört hatten, nach der Niederlegung desselben war schon Regel, s. c. 32, 3. Natürlich sind nur die gemeint, welche zum erstenmale ein solches Amt bekleidet hatten, und nicht vorher schon Senatoren waren. — *ut quisq.* etc., wie sie einer nach dem andern, s. 21, 52, 8, vgl. Mommsen Forsch. 1, 253, 259. — *aediles — quaest.*, diese drei niederen Aemter werden nach ihrer Rangordnung angeführt, Mommsen Str. 461 f., und von den curulischen, welche an dem militärisch-richterlichen Imperium Theil haben, geschieden, vgl. 26, 36, 6; dass dieselben schon jetzt, wie es später der Fall war, ein Recht gehabt haben nach der Verwaltung ihrer Aemter in den Senat aufgenommen zu werden, liegt nicht in den Worten. Die aed. pleb. werden hier ausdrücklich von den curul. Magistraten geschieden, zu denen sie im 7. Jahrhundert gehört zu haben scheinen. — *trib. pl. quaest.*, s. Becker l. l. 277 f.; Lange 1, 745; 2, 337 f. — *qui mag. n.*, die Stelle ist lückenhaft, da das die neue Classe Unterscheidende nicht fehlen kann. Wenn *non* richtig ergänzt ist, Mommsen Str. 57, so muss *magistratus* in engerem Sinne von den vorher erwähnten verstanden werden. Andere lesen *minores magist.*, s. zu 22, 26, 2, welche, schon damals, s. d. a. St., nicht unbedeutend, später in Gesetzen mit den höheren Magistraten in Verbindung gesetzt werden, s. Lex. rep. XVI, CIL. I. 59 u. a. — *ex hoste* attributiv. — *fixa domi*, die von ihnen selbst erbeuteten, s. 10, 7, 9; 38, 43, 11; Plin. 35, 2, 7: *aliae foris et circa limina animorum ingentium imagines erant affixis hostium spoliis, quae nec emptori refigere liceret.* — *civica cor.*, 6, 20, 7. — *accepissent* nach *fuerant*, s. 21, 13, 5; 28, 33, 9.

7—8. *centum s.*, bei Cannae waren allein gegen 100 Senatoren

lione hominum in senatum lectis extemplo se magistratu abdicavit, privatusque de Rostris descendit lictoribus abire iussis,
8 turbaeque se inmiscuit privatas agentium res, tempus hoc sedulo terens, ne deducendi sui causa populum de foro abduceret: neque tamen elanguit cura hominum ea mora, frequentesque eum
9 domum deduxerunt. consul nocte insequenti ad exercitum redit non facto certiore senatu, ne comitiorum causa in urbe retineretur.

24 Postero die consultus a M. Pomponio praetore senatus decrevit dictatori scribendum, uti, si e re publica censeret esse, ad consules subrogandos veniret cum magistro equitum et praetore
2 M. Marcello, ut ex iis praesentibus noscere patres possent, quo statu res publica esset, consiliaque ex rebus caperent. qui acciti erant, omnes venerunt relictis legatis, qui legionibus praeessent.
3 dictator de se pauca ac modice locutus in magistrum equitum Ti. Sempronium Gracchum magnam partem gloriae vertit, comitiaque edixit, quibus L. Postumius tertium absens, qui tum Galliam provinciam obtinebat, et Ti. Sempronius Gracchus, qui tum magister equitum et aedilis curulis erat, consules crearentur.

gefallen. — *extemplo* nach dem abl. abs., 24, 6, 1. — *lictoribus* etc., der Befehl ist vor der abdicatio ertheilt. — *tempus hoc*, als ob vorausgienge: *versatus in turba*: er mischte sich unter die Menge und verweilte da so lange, als die Leute ihrer Privatangelegenheiten wegen auf dem Forum blieben. — *abduceret*, um ihnen nicht Veranlassung zu geben dasselbe zu verlassen. — *deduc. sui,* 21, 41, 1, ihm durch ihr Geleit einen Beweis ihrer Anerkennung zu geben. — *abducere de*, wie 2, 56, 15. — *cura*, Theilnahme, Interesse. — *frequentesque*, „und so", wir erwarten nach der Negation *sed*, c. 7, 11. — *f. certiore*, adj. und particip. verbunden wie 3, 58, 11; 27, 34, 3 u. a. — *ne comit.* etc., er hätte also, ungeachtet ein Dictator da war, die Comitien halten können; c. 22, 10; Becker l. l. 165.

24. 1—3. *Pomp.*, der praetor peregrinus, s. 22, 35, hält den Senat, vgl. 22, 55, 1; doch deutet auf eine Störung der gewöhnlichen Ordnung auch c. 20, 6 hin. — *ut ex* etc., der Senat als oberste Verwaltungsbehörde will d. Kriegsverhältnisse kennen lernen, um danach den Kriegsplan für das nächste Jahr, s. § 5, zu entwerfen, s. 10, 25; 24, 43 u. a. — *dictat.* etc., weil das Amtsjahr fast zu Ende, § 5: *post paucos dies*, und der Consul c. 23, 9 abgereist ist, Mommsen Str. 480 f. — *pauca a. m.*, nur wenig und dieses mit Bescheidenheit, 21, 8, 9. — *gloriae*, was der Dictator Ruhmwürdiges gethan habe, ist nicht erzählt, Zon. 9, 3. — *Postum.*, s. 22, 35, 6. — *tertium* bezieht sich nur auf *crearentur*, nicht auf *absens*. — *Gall.* 22, 35. — *provinc.*, das Commando in G., vgl. 28, 38, 13. — *mag. eq. et aed.*, die gleichzeitige Verwaltung eines nach der Verfassung jährlich wiederkehrenden und eines ausserordentlichen Amtes galt nicht als Verletzung des Gesetzes 7, 42, 2, vgl. c. 30, 16; 4, 31, 5; 27, 33,

praetores inde creati M. Valerius Laevinus iterum App. Claudius 4 Pulcher Q. Fulvius Flaccus Q. Mucius Scaevola. dictator crea- 5 tis magistratibus Teanum in hiberna ad exercitum redit relicto magistro equitum Romae, qui, cum post paucos dies magistratum initurus esset, de exercitibus scribendis conparandisque in annum patres consuleret.

Cum eae res maxime agerentur, nova clades nuntiata, aliam 6 super aliam cumulante in eum annum fortuna, L. Postumium consulem designatum in Gallia ipsum atque exercitum deletos. silva erat vasta — Litanam Galli vocabant —, qua exercitum tra- 7 ducturus erat. eius silvae dextra laevaque circa viam Galli arbores ita inciderunt, ut inmotae starent, momento levi inpulsae occiderent. legiones duas Romanas habebat Postumius sociumque 8 ab supero mari tantum conscripserat, ut viginti quinque milia armatorum in agros hostium induxerit. Galli oram extremae sil- 9 vae cum circumsedissent, ubi intravit agmen saltum, tum extremas arborum succisarum inpellunt. quae alia in aliam instabilem

7 u. a., anders ist der Fall 39, 39, 4; Mommsen Str. 1, 421. — *crearentur*, der Conjunctiv scheint durch eine Abkürzung des Ausdrucks entstanden: *quibus crearentur consules, et creati sunt Post.*, s. 4, 12, 8; 34, 8, 3, denn dass zugleich die Wahl berichtet werden soll, zeigt das folg. *creati* etc., vgl. c. 30, 14: *ut iuberent*. Voss liest *creantur*.

4—5. *praetores*, wie gewöhnlich unmittelbar nach den Consuln. — *iterum*, dieses wird bei der Prätur meist nicht angegeben. — *Claud.*, 22, 53. — *Fulv.*, s. c. 30, 18; vgl. 22, 35, 5. — *Teanum*, s. 22, 57, 8, dahin ist er wol, nachdem Casilinum verloren war, gezogen, s. c. 19, 5; vgl. c. 17, 7. — *hiberna* etc., Hannibal hat schon c. 19 dieselben verlassen. — *paucos*, s. § 1. — *in annum*, s. 4, 55, 6; 9, 34, 1: *in annum creatus*.

24. 6—13. Niederlage in Gallien. Polyb. 3, 118, 6; Zon. 9, 3; Front. 1, 6, 4.

6—7. *cumulante*, weil das Jahr noch nicht zu Ende war: Pol. l. l. *ὥσπερ — συνεπαγωνιζομένης τοῖς γεγονόσι τῆς τύχης συνέβη μετ' ὀλίγας ἡμέρας*, u. nach der Schlacht bei Cannae. L. dagegen setzt die Niederlage gegen das Ende des Jahres, weil sonst Post. nach § 5 nicht hätte gewählt werden können. — *design.*, als solcher wurde er in die Liste der Consuln eingetragen, Mommsen Str. 486. *silva er.*, — *Litănam*, 9, 36, 1; § 9: *saltus*, wahrscheinlich in der Gegend von Mutina, vgl. 34, 22; 42; Cic. Tusc. 1, 37, 89. — *circa*, auf beiden Seiten. — *mom. lev.*, durch einen geringen Anstoss, 21, 43, 11. — *occiderent*, auf-, gegeneinander fallen mussten, s. 21, 35, 12; gewöhnlich *concidere*, Caes. B. G. 6, 27, 5.

8—10. *leg. duas*, s. 22, 36, 3 a. E. — *supero m.*, aus Umbrien, Picenum u. a. — *ut — induxerit*, fast = *itaque induxit*. — *oram extr. s.*, pleonastisch: der Rand am äussersten Saume des Waldes, vgl. 7, 25, 4: *ora litoris*, gewöhnlich sagt L. *extrema ora*, wie 21, 31, 9, vgl. 21, 10, 12. — *alia in a.*,

per se ac male haerentem incidentes ancipiti strage arma viros
10 equos obruerunt, ut vix decem homines effugerent. nam cum exanimati plerique essent arborum truncis fragmentisque ramorum, ceteram multitudinem inopinato malo trepidam Galli saltum omnem armati circumsedentes interfecerunt, paucis e tanto numero captis, qui pontem fluminis petentes, obsesso ante ab ho-
11 stibus ponte, interclusi sunt. ibi Postumius omni vi, ne caperetur, dimicans occubuit. spolia corporis caputque praecisum ducis Boi ovantes templo, quod sanctissimum est apud eos, intulere.
12 purgato inde capite, ut mos iis est, calvam auro caelavere, idque sacrum vas iis erat, quo sollemnibus libarent, poculumque idem
13 sacerdotibus [esse] ac templi antistitibus. praeda quoque haud minor Gallis quam victoria fuit: nam etsi magna pars animalium strage silvae oppressa erat, tamen ceterae res, quia nihil dissipatum fuga est, stratae per omnem iacentis agminis ordinem inventae sunt.

25 Hac nuntiata clade cum per dies multos in tanto pavore fuisset civitas, ut tabernis clausis, velut nocturna solitudine per ur-

immer einer auf den anderen, Front. *in proximas ulteriores inpulerunt.* — *male haer.*, nur lose, locker u. s. w., 1, 25, 12. — *ancipit.*, da die Bäume nach der einen oder anderen Seite fielen, schmetterten sie Alles nieder. — *arma v. eq.*, vgl. 30, 11, 4; 42, 30, 11 u. a. — *circumsed.*, welche gelagert waren, und nun vorrückten, K. 392. — *paucis* etc., wobei sie nur wenige u. s. w., 21, 1, 5. — *pontem* — *ponte*, ist der Deutlichkeit wegen wiederholt: sie flohen nach der Brücke zu, als diese noch nicht besetzt war, aber ehe sie dieselbe erreichten, wurde sie besetzt, s. 4, 7, 11.

11—13. *Postum.*, s. CIL. 1. 435; 446. — *purgato*, von Haut und Gehirn. — *caelav.*, Charis. I. p. 55: quamvis Gellius libro XXXIII dixerit „*calvariaeque eius ipsum ossum expurgarunt inauraveruntque*". — *sollemnibus*, bei feierlichen Gelegenheiten, c. 14, 4. — *idem*, und zugleich, 21, 21, 13. — *sacerdot.*, den Priestern, die die Opfer verrichteten. *antistites* Tempelvorsteher. — *esse* ist, wenn auch sonst der inf. histor. mit anderen Verbalformen wechselt, s. 25, 29, 9, nach *erat* nicht nöthig; Zon. l. c. sagt nur: *πρὸς τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἀντὶ φιάλης ἐκέχρηντο*, vgl. Sil. It. 13, 482; Plin. 28, 1, 7. — *per ordin.*, den ganzen — Zug entlang.

25. Anordnungen in Bezug auf den Krieg.

1—2. *ut tabern.* etc., was zunächst nur als Erklärung an *tanto p.* sich anschliessen sollte, ist zugleich als Grund einer weiteren Folge dargestellt, sonst würde es heissen: *clauderentur* — *ageretur*. — *tabernis*, Verkaufs- und Handwerkerbuden; das Schliessen derselben, ein Geschäftsstillstand, trat sonst bei einem iustitium ein, worauf auch *speciem publicae maest.* hinweist, 9, 7, 8. — *velut* — *acta*, Folge von *tab. clausis*, daher asyndetisch: durch das Schliessen der Buden lebte man, befand man sich in einer Oede, Einsamkeit wie u. s. w., 3, 15, 8; 10, 1, 4: *inbellem*

bem acta, senatus aedilibus negotium daret, ut urbem circumirent 2
aperirique tabernas et maestitiae publicae speciem urbi demi
iuberent, tum Ti. Sempronius senatum habuit, consolatusque patres est et adhortatus, ne, qui Cannensi ruinae non succubuis- 3
sent, ad minores calamitates animos submitterent. quod ad Carthaginienses hostes Hannibalemque adtineret, prospera modo es- 4
sent, sicut speraret futura, Gallicum bellum et omitti tuto et differri posse, ultionemque eam fraudis in deorum ac populi Romani potestate fore. de hoste Poeno exercitibusque, per quos id bellum gereretur, consultandum atque agitandum. ipse primum, 5
quid peditum equitumque, quid civium, quid sociorum in exercitu esset dictatoris, disseruit. tum Marcellus suarum copiarum summam exposuit. quid in Apulia cum C. Terentio consule es- 6
set, a peritis quaesitum est. nec, unde consulares exercitus satis firmi ad tantum bellum efficerentur, inibatur ratio. itaque Galliam, quamquam stimulabat iusta ira, omitti eo anno placuit.

agerent annum; ib. 43, 12: *inquietum omne tempus agere;* 3, 6, 1; Putsche verm. *per u. facta.* — *circumir.*, sie werden, da die Sache ihrem Geschäftskreise, der *cura urbis*, am nächsten liegt, vom Senate damit beauftragt, s. 3, 6, 9. — *Sempr.*, der mag. equitum, s. c. 24, beruft den Senat, s. 8, 33, 4, Cic. Legg. 3, 4; Mommsen Str. 1, 154. — *consolatus p.*, vgl. 27, 10; dagegen Pol. 3, 118: *οὐ μὴν ἥ γε σύγκλητος οὐδὲν ἀπέλειπε τῶν ἐνδεχομένων, ἀλλὰ παρεκάλει τοὺς πολλοὺς* etc.

